& eribit cum eo uirgū. cessabuntq; cau  
se & contumelię. Qui diligit cordis mun  
diciam. p̄optē gr̄am labiorum suoz. ha  
betit amicum regem. Oculi dñi custodi  
unt scientiā. & supplantant uerba iniq̄.  
Dicit piger. leo ē foris. in medio plateaz  
occidendus sum. Fovea profunda os alic  
ne. cui iratus ē dñs inadet in eam. Stul  
ticia colligata ē in corde pueri. & uirga  
discipline fugabit eam. Qui calumniat  
paupere ut augeat diuitias suas. dabit  
ipse ditiori & egebit. Fili mi inclina aure  
tuā. & audi uerba sapientū. appone  
autē cor ad doctrinā meā. Que pulchra  
erit tibi cum seruariis eam in uentre tuo.  
& redundabit in labijs tuis. ut sit in do  
mino fiducia tua. Unde & ostendi eam  
tibi hodie. Ecce descēpsi eam tibi tripliciter  
in cogitationibz & scientia. ut ostendere  
tibi firmitatē. et eloquia ueritatis respō  
deres ex his. illi qui misit te. Non faci  
as uolentiam paupi quia paup est. neq;  
contetas egenū in porta. quia dñs iudica  
bit causam eius. & configet eos qui con  
fixerunt animam eius. **xlviij.** **N**oli  
ēē amicus homini iracundo. neq; ami

bules cum uiro furioso. ne forte discas sem  
tas eius. & sumas scandalum anime tue.  
Noli esse cum his qui defigunt manus  
suas. & qui uadit se offerunt p̄ debitis.  
Si enim non habes unde restituas. quid  
cause ē ut tollat opimentū tuū de cu  
bili tuo. Ne transgrediaris terminos an  
tiquos. quos posuerunt patres tui.  
Vidisti uirum uelocē in ope suo. corā  
regibus stabit. nec erit ante ignobiles.  
Quando sederis ut comedas cum p̄ncipe.  
diligenter attende que posita sunt ante  
faciem tuā. & statue cultrū in gutture  
tuo. si tam habes in potestate animam  
tuā. Ne desideres de cibis eius. in quō ē  
panis mendacij. Noli laborare ut dixeris.  
sed prudentie tue pone modū. Ne erigas  
oculos tuos adopes quas habere non potes.  
quia facient sibi pennas quasi aquile &  
uolabunt in celū. Ne comedas cum hoīe  
inuido. & ne desideres cibos eius. qm̄ in  
similitudinē arioli & comedou. estimat  
quod ignorat. Comede & bibe dicit tibi.  
& mens eius non ē tecum. Cibos quos  
comederas euomes. & perdes pulchros  
sermōnes tuos. In auribz insipientium  
ne loquaris. quia despicient doctrinam  
elogij tui. Ne attingas terminos paruu  
loz. & agrum pupilloz ne intrueas. Ap̄m  
quis enim eoz fortis est. & ipse iudicabit  
contra te causam illoz. Ingredate ad doctri  
nā cor tuum. & aures tue ad uerba scientie.  
Noli subtrahere a puero disciplinā. si eum  
percussis eū uirga non moriet. Tu uirga  
percussis eum. & animā eius de inferno libe  
rabis. **xlviij.** **F**ili mi si sapiens  
fuerit animus tuus. gaudebit tecum cor  
meum. & exultabunt renes mei. cum lo  
quuta fuerit rectum labia tua. Non erit  
lectur cor tuum peccator. s; in timore



dñi esto tota die / quia habebis spem in no  
 uissimo. & p̄stolatio tua non auferet. Audi  
 fili mi & esto sapiens / et dirige in uia ani  
 mum tuum. Noli eē in conuiujs potatorū  
 nec in commessationibz eoz. qui carnes ad  
 uelendum conferunt. / quia uacantes  
 potabz et dantes simbola consumunt. /  
 & uestiet pannis dormitatio. Audi pa  
 trem tuū qui genuit te. / & ne contemp  
 nas cum senuerit mater tua. Veritatem  
 eme et noli uendē sapientiam. / & doctri  
 nam et intelligentiā. Exultat gaudio pa  
 ter iusti. / qui sapientem genuit letabit  
 in eo. Gaudeat pater tuus et mater tua. /  
 & exultet que genuit te. Prebe fili mi  
 cor tuum michi. / & oculi tui uas meas  
 custodiant. Fouea enim p̄funda ē mere  
 trix / et puteus angustus aliena. Insidiatur  
 in uia quasi latro. / et quos incautos inue  
 nerit interficiet. Cui ue. cuius patri ue. /  
 cui rix. cui foue. cui sine causa uulne  
 ra. / cui suffusio oculorū. Nonne his qui  
 morant in uino. / & student calicibz epo  
 tandis. Ne intuaris uinū quando fla  
 uescit in uetro. & splenduerit color eius.  
 Ingredite blande sed in nouissimo morde  
 bit ut coluber. / & sicut regulus uenena  
 diffundet. Oculi tui uidebunt extrane  
 as. / & cor tuum loquetur p̄uersa. Et  
 eris sicut dormiens in medio mari. et  
 quasi sopitus gubernator amisso clauo.  
 et dices. Verberauerunt me sed n̄ dolui. /  
 traxerunt me & ego n̄ sensi. Quando cui  
 gilabo. / & rursus una repperiam. Ne  
 emuleris uiros malos. nec desideres eē  
 cum eis. / quia rapinas meditat̄ mens  
 eoz. et fraudes labia eoz loquunt. Sapi  
 entia edificabit domus. / et prudentia robo  
 rabitur. In doctrina replebunt cellaria. / uni  
 uersa substantia p̄ciosa et pulcherrima.

Vir sapiens & fortis est. unq; doctus robu  
 stus et ualidus. quia cum dispositione mit  
 bellum. / & erit salus ubi multa consilia  
 sunt. Excelsa stulto sapientia. / in porta n̄  
 apert os suum. Qui cogitat mala facere.  
 stultus uocabit. Cogitatio stulti peccatū  
 est. / & abhominatio hominū detractor. Si  
 desperaueris lassus. / in die angustie inmi  
 nuet fortitudo tua. **xlvi.** **E** rue eos  
 qui ducunt ad mortem. / et qui trahuntur  
 ad interitum liberare ne cesses. Si dixeris  
 uires non suppetunt. qui inspector ē cordis.  
 ipse intelligit. et seruatore anime tue  
 nichil fallit. / reddetq; homini iuxta opera  
 sua. Comede filum mel quia bonum est.  
 et fauum dulcissimū gutturi tuo. Sic et  
 doctrina sapientie anime tue. / quā cum  
 inueneris habebis in nouissimo spem. et  
 spes tua n̄ peribit. Ne insidieris et que  
 ras impietatem in domo iusti. / neq; uastes  
 requiem eius. **xlvi.** **S**epies enim  
 cadet iustus et resurget. / impij autem  
 corruent in malū. Cum ceciderit inimic  
 tuus ne gaudeas. & in ruina eius ue  
 geatet cor tuum. / ne forte uideat dñs & dis  
 pliceat ei. & auferat ab eo iram suā. Ne  
 contendas cum pessimis ne emuleris im  
 pios. / qm̄ non habent futurorū spem ma  
 li. & lucerna impiorū extinguet. Time do  
 minum filium et regem. / & cum detractori  
 bus n̄ commiscearis. qm̄ repente consurget  
 p̄ditio eoz. / & ruina ueriq; quis nouit.  
 Nec quoq; sapientibz. cognoscere p̄sonam in  
 iudicio non ē bonum. Quid dicit impio iust  
 es. / maledicent ei populi. & detestabunt  
 eum tribus. Qui arguunt laudabunt.  
 / & sup ipsos ueniet benedictio. Labia ama  
 bunt. / respondentia uerba recta. Prepara  
 foris opus tuum. / & diligenter exerce agri  
 tuū. / ut postea edifies domum tuam.

Finis libri de utilitate  
 recta uerba respiciet.



Ne sis testis contra proximum tuum frustra.  
nec laces quemquam labiis tuis. Ne dicas  
quomodo fecit michi sic faciam ego. reddam uni  
cuique secundum opus suum. **xlviij.** Per agrum  
hominis pigri transiui. & per vineam uiri  
stulti. & ecce totum repleuerant urticae.  
Operuerunt superficiem eius spine. & ma  
ceria lapidum destructa erat. Quod cum  
uidissem posui in corde meo. & exemplo di  
dici disciplinam. Usquequo piger dormies.  
usquequo de somno non confurges. Parum  
inquam dormies. modicum dormitabis.  
Paxillum manus conferes ut quiescas. et  
ueniet quasi cursor egestas tua. et men  
dicatas quasi uir armatus. **De quoque pa  
rabole salomonis quas transulerunt uiri  
ezechie regis iuda. xlviij.** **G**loria est  
dei celare uerbum. & gloria regum inuestigare  
sermonem. Celum sursum est & terra deorsum.  
& cor regum inscrutabile. Aufer rubigi  
nem de argento. & egreditur uas purissi  
mum. Aufer impietatem de uultu regis.  
et firmabitur iusticia thronus eius. Ne glori  
osus appareas coram rege. & in loco magno  
rum ne steteris. Melius est enim ut dicat  
tibi ascende huc. quam ut humiliaris co  
ram principe. Que uiderunt oculum  
ne perferas in uirgilio cito. ne postea emen  
dare non possis. cum dehonestaueris ami  
cum tuum. Causam tuam tracta cum amico  
tuo. & secretum extraneo ne reuelas. ne forte  
te insultet cum audierit. & exprobrare  
non cesset. Gratia et amicitia liberant. quas tibi  
serua ne exprobrabilis fias. Mala aurea  
in lectis argenteis. qui loquitur uerbum in tem  
pore suo. In auris aurea et margaritum  
fulgens. qui arguit sapientem & aurem obedi  
entem. Sicut frigus niuis in die messis.  
ita legatus fidelis ei qui misit eum. ani  
mam illi requiescere facit. Hubes et uen

tus & pluuie non sequentes. uir gloriosus et pro  
missa non complens. Patientia lenet principem.  
et lingua mollis confringet duriciam. Mel  
inuenisti comede quod sufficit tibi. ne forte  
satiatus euomas illud. **xlviij.** **S**ub  
trahere pedem tuum a domo proximi tui. ne  
quando satiatus oderit te. Iaculum et  
gladius et sagitta acuta. homo qui loquitur  
contra proximum suum testimonium  
falsum. Dens putridus & pes lassus. qui  
sperat super infideli in die angustie. & amittit  
pallium in die frigoris. Accutum in nitro.  
et qui cantat carmina cordi pessimo.  
Sicut tinea uestimento et uermis ligno. ita  
urtica uiri nocet cordi. Si esuriert in  
amicus tuus ciba illum. si sitierit da ei  
aquam bibere. Prunas enim congregabis  
super caput eius. & dominus reddet tibi. Vant  
aquilo dissipat pluuias. & facies tristis  
linguam detrahentem. Melius est sedere in  
angulo domatus. quam cum muliere litigiosa  
in domo communi. Aqua frigida annis  
siccitatis. nuncius bonus de terra lon  
ginqua. Fons turbatus pede et uena cor  
rupta. iustus cadens coram impio. Sicut  
qui mel mutuum comedit non est ei bonum.  
sic qui scrutator maiestatis. est opprimetur  
a gloria. Sicut urbs patens & absque murorum  
ambitu. ita uir qui non potest in loquen  
do cohibere spiritum suum. Quomodo nix estate.  
et pluuia in messe. sic indecens est stulto gloria.  
Sicut auis ad alta transuolans. & passer  
quolibet uadens. sic maledictum frustra pla  
tum in quempiam superueniet. Flagellum  
equo & chamus asino. et uirga in dorso  
imprudentium. Ne respondeas stulto iux  
ta stulticiam suam. ne efficiaris ei similis.  
**R**esponde stulto iuxta stulticiam  
suam. ne sibi sapiens esse uideat. Claudus  
pedibus et iniquitatem bibens. qui mittit uerba



pnuncium stultū. Quomodo frustra habet  
 pulchras claudis tabias. sic indecens ē  
 in ore stultoz parabola. Sicut qui mit-  
 tit lapides in aceruū mercury. ita qui  
 tribuit insipienti honorē. Quom̄ suspina  
 nascat̄ in manu temulenti. sic parabola  
 in ore stultoz. Judicium determinat cau-  
 las. & qui imponit stulto silentiū iras  
 mitigat. Sicut qui reuētur ad uomitū  
 suum. sic imprudens qui iterat stulticiā  
 suā. Uidisti hominē sapientē sibi uideri.  
 magis illo spem habebit stultus.  
 Dicit piger; Iena inuia. leo in itane-  
 ribz. Sicut ostium uertitur in cardine  
 suo. ita piger in lectulo suo. Abscondit  
 piger manus sub ascella sua. et laborat  
 si ad os suū eas conuērit. Sapientior ē  
 piger uideat̄ septem iuris. loquentibz sen-  
 tentias. Sicut qui apprehendit auribz  
 canem. sic qui transit & impatiens com-  
 miscetur rixē alterius. Sicut ugius ē  
 qui mittit lanceas et sagittas ad mortē.  
 sic uir qui fraudulentē nocet amico  
 suo. et cum fuerit dephensus dicit ludēs  
 feci. Cum defecerint ligna extinguet̄ ignis.  
 et susurrone subtracto uirga conquesct̄.  
 Sicut carbonēs ad prunas & ligna ad ig-  
 nem. sic homo nacundus suscitāt  
 rixas. Verba susurronis quasi simplicia.  
 et ipsa pueniunt ad intima uentris. Q̄  
 modo si argento sordido ornare uelis  
 uas fictile. sic labia tumentia cū pessimo  
 corde sociata. **11.** **2.** abys suis intel-  
 ligat̄ inimicū. cum in corde tractauerit do-  
 los. Quando summisert̄ uocē suā ne cre-  
 dideris ei. qm̄ septem nequitię sunt in cor-  
 de illius. Qui operit odium fraudulentē.  
 reuelabit̄ malicia eius in concilio. Qui fodit  
 foueam incidet in eam. & qui uoluit lapidē  
 reuertetur ad eum. lingua fallax n̄ amat

ueritatē. et os lubricum opatur̄ ruinas.  
 Ne gloriēris in craftinū. ignorant̄ quid  
 supuentura pariat dies. Laudet te alien⁹  
 & non os tuum. extāneus & non labia  
 tua. Graue ē saxum & onerosa harena.  
 sed ira stulti utroq; grauior. Ita n̄ habet  
 misericordiam nec erumpens furor. et impetū  
 concitati ferre quis poterit. **11.**  
**M**elior est manifesta correptio. quā amor  
 absconditus. Meliora sunt uulnera dili-  
 gentis. quā fraudulenta odientis oscula.  
 Anima saturata calcabit fauū. anima  
 esuriens & amarū p̄ dulcissimū. Sicut autē  
 transingrans de nido suo. sic uir qui re-  
 linquit locum suum. Unguento & uarijs  
 odoribz delectatur cor. & bonis amici cō-  
 silijs anima dulcorat̄. Amicū tuum &  
 amicum patris tui ne dimiseris. et domū  
 fr̄s tui ne ingrediaris. in die afflictionis  
 tue. Melior ē uicinus iuxta. quam fr̄  
 p̄cul. Stude sapientię fili mi. et letifica cor  
 meum. ut possis exprobranti respondere  
 sermone. Astutus uidens malum absco-  
 dit se. paruuli transeuntes sustinuerit  
 dispendia. Tolle uestimentū eius qui spo-  
 pondit p̄ extraneo. & p̄ alienis aufero  
 pign⁹ ab eo. Qui benedicit proximo suo  
 uoce grandi de nocte confurgens. male-  
 dicenti similis est. Tecta psillancia in die  
 frigoris. & litigiosa mulier. comparantur.  
 Qui retinet eam quasi qui uentum teneat.  
 & oleum dextere sue uocabit. Ferrum fer-  
 ro acuit. & homo exacuit faciem amici sui.  
 Qui seruat ficum comedet fructus eius.  
 et qui custos est oris sui glouficabitur.  
 Quom̄ in aquis resplendent uultus p̄spi-  
 cientium. sic corda hominū manifesta  
 sunt prudentibz. Infernus et p̄ditio non  
 replentur. similiter & oculi hominum  
 insatiabiles. Quom̄ probatur in consta-



torio argentum. et in fornace aurum. sic  
probat homo ore laudantis. Cor iniqui ex-  
quiret mala. cor autem rectum exquiret sci-  
entiam. Si contuderis stultum in pula  
quasi tiphanas. feriente desuper pilo. non  
auferetur ab eo stulticia eius. Diligenter  
agnosce uultum peccatoris tui. tuosque gre-  
ges considera. Non enim habebis uigiter  
potestatem. sed corona tribuetur in genera-  
tione et generatione. **Liii.** **A**perta  
sunt prata & apparuerunt herbe iuren-  
tes. et collecta sunt fena de montibus.  
Agnus ad uestimentum tuum. et hedi  
agri precium. Sufficiat tibi lac caprarum in  
cibos tuos in necessaria domus tua. et  
ad uictum ancillis tuis. Fugit impius  
nemine persequente. iustus autem quasi  
leo confidens absque terrore erit. Propter  
peccata terre multi principes eius. et  
propter hominis sapientiam et horum  
scientiam que dicunt. uita diuis longior  
erit. Vir pauper calumnians pauperes. si-  
milis est umbri uehementi in quo paratur  
fames. Qui derelinquunt legem laudant  
impium. qui custodiunt succedunt contra  
eum. Viri mali non cogitant iudicium.  
qui autem requirunt dominum. animaduertunt  
omnia. Melior est pauper ambulans in sim-  
plicitate sua. quam diues in prauis in-  
teritibus. Qui custodit legem filius sapi-  
ens est. qui autem pascat commensatores.  
confundit patrem suum. Qui coaceruat  
diuicias usuris. et fenore liberali. in pau-  
peres congregat eas. Qui declinat aurem suam  
ne audiat legem. oratio eius erit execrabi-  
lis. **Liiii.** **Q**ui decipit iustos in  
uia mala. in interitum suo corruet. et sim-  
plices possidebunt bona eius. Sapiens si-  
bi uidet uir diues. pauper autem prudens  
scrutabitur eum. In exaltatione iustorum

multa gloria. regnantibus impijs ruina ho-  
minum. Qui abscondit scelera sua non dirige-  
tur. qui autem confessus fuerit et relique-  
rit ea misericordiam consequetur. Beatus homo  
qui semper est pauidus. qui uero mentis est durus.  
corruet in malum. Leo rugiens et ursus est  
triens. princeps impius super populum paupe-  
rem. Dux indigens prudentia multos oppri-  
met per calumniam. qui autem odit auari-  
ciam. longi fiet dies eius. Hominem qui  
calumniat anime sanguinem. si usque ad lacum  
fuerit. nemo sustentet. Qui ambulat sim-  
pliciter saluus erit. qui peruersis ingreditur  
uijs. concidet semel. Qui operatur terram suam.  
saturabitur panibus. qui sectatur ocium. reple-  
bitur egestate. Vir fidelis multum laudabitur.  
qui autem festinat ditari. non erit innocens.  
Qui cognoscit in iudicio faciem non facit bene.  
iste pro buccella panis deserit ueritatem.  
Vir qui festinat ditari et alijs inuidet.  
ignorat quod egestas superueniat ei. Qui  
corruptus hominem. gratiam postea inueniet  
apud eum. magis quam ille qui per lingue  
blandimenta decipit. Qui subtrahit aliquid  
a patre suo et matre. et dicit hoc non est  
peccatum. particeps homicidie est. Qui se ia-  
ctat et dilatat. uigilia concitat. qui uero  
sperat in domino sanabitur. Qui confi-  
dit in corde suo stultus est. qui autem gradi-  
tur sapientem iste saluabitur. Qui dat pau-  
peri non indigebit. qui despiciat depicantem  
sustinebit penuriam. Cum surrexerint  
impii abscondentur homines. cum illi pe-  
rierint multiplicabuntur iusti. Viri qui cor-  
ripientem diuitem ceruice contempnunt. repen-  
tinus ei superueniet interitus. et eum sa-  
nitas non sequetur. In multiplicatione ius-  
torum letabitur uulgus. cum impij sumple-  
rint principatum. gemet populus. Vir qui  
amat sapientiam letificat patrem suum.



qui autē nutrit scortū p̄det substantiā.  
**R**ex iustus erigit terrā. uir auarus destruit  
 et eam. Homo qui blandis fictisq; ser-  
 monib; loquitur amico suo. recte expandit  
 gressib; eius. Peccatū uirū iniquū inuol-  
 uet laqueus. et iustus laudabit atq; gaude-  
 bit. **H**ortus iustus causam paupum. impi-  
 gnorat scientiā. Homines pestilentes dis-  
 sipant ciuitatē. sapientes ū auertunt fu-  
 rorem. **V**ir sapiens si cum stulto contende-  
 rit. siue nascat siue rideat. n̄ inueniet req̄-  
 em. **U**iri sanguinū oderunt simplicem. iu-  
 sti autē querunt animā eius. **Lv.** **T**o-  
 tum sp̄m suum p̄fert stultus. sapiens dif-  
 fert & reseruat in posterum. **P**riiceps qui li-  
 benter audit uerba mendaciū. omnes minu-  
 stros habebit impios. **P**aup & creditor obu-  
 auerunt sibi. uiriusq; illuminator est dñs.  
**R**ex qui iudicat in ueritate paupes. thro-  
 nus eius in eternum firmabit. **V**irga atq;  
 correptio tribuit scientiā. puer autē qui  
 dimittit uoluntati suę. confundit matrem  
 suā. **I**n multiplicatione impioꝝ multiplica-  
 buntur scelera. & iusti rumas eoz uidebūt.  
**L**udi filiū tuum & refrigerabit te. et da-  
 bit delicias anime tue. **C**um p̄phetia de-  
 fecerit dissipabit populus. qui ū custodit  
 legem. beatus est. **S**eruus uerbis non potest  
 erudiri. quia quod dicit intelligit. et respon-  
 dere contempnit. **V**idisti hominē uelocē  
 ad loquendū. stulticia magis speranda est.  
 quam illi correptio. **Q**ui delicate a pueritia  
 nutrit seruū suū. postea illū sentiet conti-  
 macē. **V**ir uacundus puocat rixas. & qui  
 ad indignandū facilis est. erit ad peccata  
 p̄tinuos. **S**upbum sequit̄ humilitas. et hu-  
 milem spiritui suscipiet glā. **Q**ui cum fure  
 parat̄ odit animā suam. aduuantē au-  
 dit & non iudicat. **Q**ui timet hominē  
 cito corruet. qui sperat in dño subleua-

bitur. **M**ulti requirunt faciem p̄ncips. &  
 a dño iudicium singuloꝝ egreditur. **Lvi.**  
**A**bominantur iusti uirū impiū. et abho-  
 minant̄ impij eos qui in recta sunt uia.  
**V**erbum custodiens filius etia p̄ditionem  
 erit. uerba congregantis. filij uomentis.  
**U**sio quam loquutus ē uir cum quo est  
 d̄s. et qui deo secū commorante confortat̄  
 ait. **S**tultissimus sum uiroꝝ. et sapientia  
 hominū non ē mecum. **N**on didici sapien-  
 tiam. et noui scōꝝ scientiā. **Q**uis ascen-  
 dit in celū atq; descendit. **Q**uis conti-  
 nuit sp̄m manib; suis. **Q**uis colligauit  
 aquas quasi in uestimento. **Q**uis suscita-  
 uit omnes terminos terre. **Q**uod nomen  
 eius. aut quod nomen filij eius. si nosti.  
**Lvii.** **O**mnis sermo dei. ignitus clipe-  
 us ē sp̄antib; in se. **H**eaddas quicquid uer-  
 bis illi. & arguaris inueniaris q; m̄dax.  
**D**uo rogau te. ne deneges michi anteq;  
 moriar. **V**anitatē et uerba mendacy. longe  
 fac a me. **M**endicitatem & diuicias ne de-  
 deris michi. **T**ribue tantū uicty meo ne-  
 cessaria. ne forte faciatus illiciar ad negan-  
 dum. et dicam quis est dñs. aut egestate  
 compulsus furer. et p̄uere nomen d̄i mei.  
**N**e accuses seruū ad dñm suū. ne forte  
 maledicat tibi & corruas. **G**eneratio que  
 patri suo maledicit. & que matri suę non  
 benedicit. generatio que sibi munda ui-  
 detur. & tamen non est lota a sordib; suis.  
**G**eneratio cuius excelsi sunt oculi. et pal-  
 pebre eius in alta subrecte. generatio que  
 prodentib; gladios habet. et commandit  
 molarib; suis. ut comedat inopes de ter-  
 ra. et paupes ex hominib;. **S**anguisuge-  
 due sunt filie. dicentes. affer affer. **T**ria s̄  
 insaturabilia. et quartum quod nunq̄m  
 dicit sufficit. **I**nfernus et os uulue. & tria  
 que n̄ faciāt aqua. ignis ū nūquā dicit

Sup̄  
lib̄  
m̄  
m̄



sufficit. Oculum qui subsannat patrem.  
et qui despicit partum matris sue. effo-  
diant eum corui de torrentibus. et come-  
dant illum filij aquile. **Lviii.** **T**ria  
sunt difficilia michi. & quartumquod penitus  
ignoro. uiam aquile in celo. uiam colubri sup-  
petram. uiam nauis in medio mari. et uiam  
uirum in adolescentia sua. Talis est uia mulie-  
ris adultere que comedit. et tergens os  
suum dicit non sum operata malum. Per  
tria mouet terra & quartum quod non potest  
sustinere. per seruum cum regnauerit. per  
stultum cum saturatus fuerit cibo. per odiosam  
mulierem cum in matrimonium fuerit assump-  
ta. et per ancillam cum heres fuerit domine sue.  
Quatuor sunt minima terre. et ipsa sunt  
sapientiora sapientibus. Fornicee populus  
parat in melle cibum sibi. et  
pusculus plebs in ualida. qui collocat in  
petra cubile suum. Regem locusta non ha-  
bet. et egreditur uniuersa per turmas. Stilio  
manibus nititur. et moratur in edibus regis. Tria  
sunt que bene gradiuntur. & quartum quod  
medit feliciter. Leo fortissimus bestiarum. ad nul-  
lum pauabit occursum. Gallus succinctus  
lumbos. et aries. nec est rex qui resistat ei. et  
qui stultus apparuerit postquam elatus est in  
sublime. Si enim intellexisset. ori imposuisset  
manum. Qui autem fortiter prinit ubera ad-  
claudendum lac. et prinit butyrum. & qui ue-  
hementer emungit. elicit sanguinem. Et qui  
puocat iras. prouocat discordias. **Lviiii.**

**U**erba lamuelis regis. visio qua eruditur  
cum mater sua. Quid dilecte mi. quid dile-  
cte uteri mei. quid dilecte uocorum meorum.  
Se dederis mulieribus substantiam tuam. et di-  
uitias tuas ad delendos reges. Noli regibus  
o lamuel. noli regibus dare unum. quia nul-  
lum secretum est ubi regnat ebrietas. ne for-  
te bibant et obliuiscantur iudiciorum. et mit-

tent causam filiorum pauperum. Date sicram  
merentibus. et unum his qui amaro sunt  
animo. Bibant et obliuiscantur egestatis  
sue. et doloris sui non recordentur am-  
plius. Api os tuum muto. & causis om-  
nium filiorum qui pertranseunt. Aperi os  
tuum. decerne quod iustum est. et iudica  
inopem et pauperem. **Aleph.** **M**ulie-  
rem fortem quis inueniet. Procul et de  
ultimis finibus precium eius. **Bech.** Confi-  
dit in ea cor uiri sui. et spolijs non indigebit.  
**Gimel.** Reddet ei bonum et non malum.  
omnibus diebus uite sue. **Delech.** Quiescit  
lanam et linum. et operata est consilio  
manuum suarum. **he.** facta est quasi na-  
uis institoris. delonge portans panem suum.  
**Yau.** & de nocte surrexit. deditque predam  
domesticis suis. et cybaria ancillis suis.  
**Zay.** Considerauit agrum et emit eum. de  
fructu manuum suarum plantauit uinea.  
**hech.** Accinxit fortitudine lumbos suos.  
et roborauit brachium suum. **Thel.** Gusta-  
uit et uidit quia bona est negotiatio eius.  
non extinguet in nocte lucerna illius. **Ioch.**  
Manum suam misit ad fortia. et digitus  
eius apprehenderunt fenum. **Caph.** Ma-  
num suam aperuit inopi. et palmas suas  
extendit ad pauperes. **Lamech.** Non ti-  
mebit domum suam a frigoribus niuis.  
omnes enim domestici eius uestiti du-  
plicibus. **Mem.** Stagulatam uestem fecit  
sibi. bisus et purpura indumentum eius.  
**Hun.** Nobilis in portis uir eius. quando  
sederit cum senatoribus terre. **Samech.**  
Sindonem fecit et uendidit. et cingulum  
tradidit chanaanem. **Am.** Fortitudo et  
decor indumentum eius. et ridebit in die  
nouissimo. **phe.** os suum aperuit sapien-  
tie. et lex clementie in lingua eius. **Sade.**  
Considerauit sententias domus sue. et pa-



nem ociosa n̄ comedit. **coph.** Surrexerūt filij eius et beatissimam predicauerunt / uir eius et laudauit eam. **Res.** Multe filie congregauerunt diuitias / tu supgressa es uniuersas. **Sis.** fallax gr̄a et uana pulchritudo / mulier timens deum ipsa laudabit. **Chan.** Dabit q̄ de fructu manuum suarū / et laudent eam in potat opera eius. **Explicunt parabole.**

**Incipiunt capitula in ecclesiastes.**

- I.** Quod uanitas n̄m̄tatu sit om̄e qd̄ uanific.
- II.** Quod orit̄ sol occidit. & ad locū suū reuertit̄.
- III.** Qd̄ multa sapientia multa sit indignatio.
- IIII.** Vox gl̄an̄um de diuitiis. & mundi copia.
- V.** Id̄ oīa temp̄ habent. & suis spatij t̄m̄sunt.
- VI.** Id̄ uī uīcū sit hominis & iumentorum.
- VII.** Qd̄ sp̄c̄ filioꝝ ad̄ ascendat sursum et sp̄c̄ iūm̄torum descendat deorsum.
- VIII.** Subsannatio hominis parci & auarij.
- IIIIII.** De funiculo triplici.
- X.** Non temere qd̄ loquendum ad d̄m̄.
- XI.** Soluendum ē uōm̄ qd̄ d̄o p̄mittit̄.
- XII.** Quasi n̄ impletur pecunia a deo.
- XIII.** De uiro habente diuitias. nec est uti p̄misso.
- XIIII.** Non ē op̄ hominū maiora se querere.
- XV.** Ne uelox sis ad̄ ualendum.
- XVI.** Sapientia hominis luget in uultu eius.
- XVII.** Qd̄ n̄ p̄ficiat̄ cito sententia iō p̄p̄t̄ mala.
- XVIII.** S̄ iusti sapientes & opa eoz̄ in manu deij.
- XIIIIII.** Qd̄ nescit homo finem suum.
- XX.** Misce mouentes p̄dunt suauitatē unguent̄.
- XXI.** Qui fodit foueam incidit in eam.
- XXII.** Detractores non eē paruum malū.
- XXIII.** Laudatur terra p̄ rege sapiente.
- XXIIII.** Quod pecunie obediunt omnia.
- XXV.** De dilectione peregrinoꝝ & aduenarum.
- XXVI.** Mane semina et uespe ne cesset man̄ tua.
- XXVII.** De aufertida ira & malicia de corde.
- XXVIII.** Recordandum creatoris semp̄ a iuuentute usq̄ ad finem.

**XXVIII.** Nestio amigdali florentis. locuste pinguis / et dissipatio cappar̄is.

**XXX.** De fune argenteo. & uida aurea. & ydria.

**XXXI.** Non esse amplius requirendum p̄cer̄ d̄m̄ t̄m̄dum. & mandata eius obseruanda.

**Explicunt capitula. Incipit lib̄ ecclesiastes.**



**E**ccelesiastes filij dauid regis iherlm̄. Vanitas uanitatum dixit eccelesiastes / uanitas

uanitatum. & omnia uanitas. Quid habet amplius homo de uniuerso labore suo / quo laborat sub sole. Generatio praerit et generatio aduenit. terra uero inueterat. **II.** **Q**uit̄ sol & occidit. & ad locū suū reuertitur. & r̄n̄q̄ renascens quat p̄ meridie. et reflectitur ad aquilonē. **Iustis** uniuersa in circuitu p̄git sp̄c̄. & in circuitos suos regreditur. Omnia flumina intrant in mare. & mare non redundat. Ad locum unde exeunt flumina reuertunt̄. ut iterū fluant. Cuncte res difficiles. n̄ potest ea homo explicare sermone. Non saturatur oculus uisu. nec auris impletur auditi. **Qd̄** ē quod fuit. **Ipsum** quod futurū est. **Qd̄** ē quid factum ē. **Ipsum** quod fiendum ē. **Nihil** sub sole nouū. nec ualeat quisquā dicere. ecce hoc recens est. **Iam** enī p̄cesserunt in seculis. que fuerunt ante nos. **Non** ē priorū memoria. **S̄** nec eoz̄ quidem que postea futura sunt erit recordatio. a pud eos qui futuri sunt in nouissimo. **Ego** eccelesiastes sui rex iherlm̄. et p̄po sui in animo meo. querere et inuestigare sapienter de omnibz̄ que fiunt sub sole. **Hanc** occupationē pessimam dedit d̄s filijs hominum. ut occuparentur in ea. **Vi**di cuncta que fiunt sub sole. & ecce uniuersa



uantitas et afflictio sp̄s. Peruersi difficile  
corriguntur: et stultorum infantia est nu-  
merus. Loquutus sum in corde meo di-  
cens. Ecce magnus effectus sum. & p̄ces-  
si sapientia omnes qui fuerunt ante  
me in iherlm. et mens mea contempla-  
ta est multa sapienter et didicit. dedi-  
cor meum ut scirem prudentiam atq; do-  
ctrinam. erroresq; et stulticiam. & agnouit  
quod in his quoq; esset labor: et afflictio  
sp̄s. **E**o quod in multa sapientia mul-  
ta sit indignatio. et qui addit scientiam  
addat et laborem. & dixi ego in corde meo:  
Uadam et affluam delicijs. et fruam bo-  
nis. Et uidi quod hoc quoq; esset uanitas.  
Risum reputaui errorem. et gaudio dixi.  
Quid frustra deciperis. Cogitaui in corde  
meo abstrahere a uino carne mea. ut ani-  
mum meum transferret ad sapientiam. de-  
uitaremq; stulticiam. donec uiderem quid  
esset utale filijs hominum. quid facto op̄  
est sub sole numero dierum uite sue. Et  
magnificauit opa mea. **E**dificauit  
in domos. plantaui uincas. feci hortos et  
pomera. et conserui ea cuncti generis arbo-  
ribus. Extruxi michi piscinas aquarum.  
ut irrigarem siluam lignorum germinan-  
tium. Possedi seruos et ancillas. multaq;  
familiam habui. armenta quoq; et magnos  
ouium greges. ultra omnes qui fuerunt  
ante me in iherlm. Coaceruaui in argentum  
et aurum. et substancias regum ac puinci-  
arum. Feci in cantores et cantrices. et deli-  
cias filiorum hominum. caphos et urceos  
in ministerium. aduina funderida. et sup-  
gressus sum opib; omnes qui fuerunt  
ante me in iherlm. Sapientia quoq; p̄se-  
uerauit mecum. et omnia que desideraue-  
runt oculi mei non negaui eis. nec phibui  
cor meum quoniam omni uoluptate frueretur.

et oblectaret se in his que parauerat. Et  
hanc ratus sum partem meam. si uterem la-  
bore meo. Cumq; conuisssem me ad uni-  
uersa opa que fecerant manus meae. et  
ad labores in quibus frustra sudaueram. in-  
di in omnibus uanitate et afflictione ani-  
mi. et nichil permanere sub sole. Transiui  
ad contemplandam sapientiam. erroresq; et  
stulticiam. Quid est inquam homo. ut  
sequi possit regem factorem suum. Et uidi  
quia tantum precederet sapientia stulticia.  
quantum differt lux a tenebris. Oculi sa-  
pientis in capite eius. stultus in tenebris  
ambulat. Et didici quod unus utriusq;  
esset uertitatus. & dixi in corde meo. Si  
unus et stulti et meus occasus erit. quid  
michi prodest quod maiorem sapientie dedi-  
opam. Loquutusq; cum mente mea. am-  
maduerat quod hoc quoq; esset uanitas. Non  
enim erit memoria sapientis. similis ut  
stulti in presentium. et futura tempora ob-  
liuione cuncta partem operient. Mortem  
doctus similiter ut indoctus. et idcirco  
redidit me uite meae. uident mala esse  
uniuersa sub sole. & cuncta uanitate atq;  
afflictione sp̄s. Rursus deestatus sum  
omnem industriam meam. qua sub sole stu-  
diosissime laboraui. habiturus heridem  
post me quem ignoro utrum sapiens an  
stultus futurus sit. et dominabitur in labori-  
bus meis quibus desudauit et sollicitus fui.  
Et est quicquam tam uanum. Unde cessauit.  
renunciauitq; cor meum ultra laborare sub  
sole. Nacuali laboret in sapientia & doctri-  
na. & sollicitudine. homini ocioso questita  
dimitteret. Et hoc est uanitas. et magnum  
malum. Quid enim proderit homini de  
uniuerso labore suo et afflictione sp̄s qui  
sub sole cruciatus est. Cuncti dies eius  
doloribus et erumpnis pleni sunt. nec p



noctem mente requiescit. **Et** hoc nonne uanitas est. Nonne melius e comedere et bibere. et ostendere anime sue bona. de labouy suis. Et hoc de manu dei est. Quis ita uorabit. et delicijs affluet ut ego. Homini bono in conspectu suo dedit ds sapientiam. et scientia et leticia. Peccatori autē dedit afflictionē et curam supflua. ut addat et congreget et tradat ei qui placuit do. Sz et hoc uanitas. et cassa sollicitudo mentis. **V.** Omnia tempus habent. et suis spatijs transeunt uniuersa sub celo. Tempus nascendi. et tempus mouendi. Tempus plantandi. et tempus euellendi quod plantatum e. Tempus occidendi. et tempus sanandi. Tempus destruendi. et tempus edificandi. Tempus flendi. et tempus ridendi. Tempus plangendi. et tempus saltandi. Tempus spargendi lapides. et tempus colligendi. Tps amplexandi. et tempus longe fieri ab amplexibus. Tempus acquirendi. et tempus pdendi. Tempus custodiendi. et tempus expellendi. Tempus scandendi. et tempus conluendi. Tempus tacendi. et tempus loquendi. Tempus dilectionis. et tempus ody. Tempus belli. et tempus pacis. Quid amplius habet homo de labore suo. Vidi afflictionē quam dedit ds filijs hominū. ut distendant in ea. Cuncta bona fecit in tempore suo. et mundū dispositioni tradidit eoy. ut non inueniat homo opus quod opatus est ds ab inicio usq. ad finem. **Et** ego cognoui. quod non esset meli nisi letari et facere bene in uita sua. Omnis enim homo. qui comedit et bibit et uidet bonū de labore suo. hoc donū dī est. Vidici quod omnia opa que fecit ds pseuerent ingēnū. Non possumus his quicquā addere nec auferre. que fecit ds ut timeatur. Quod factum e. ipsum pmanet. Que futura sunt

iam fuerunt. et ds instaurat quod abiit. Vidi sub sole in loco iudicii impietatem. et in loco iusticie iniquitatē. Et dixi in corde meo. Justum et impium iudicabit deus. et tempus omni rei tunc erit. Dixi in corde meo. de filijs hominū ut pbaret eos ds. et ostenderet similes eē bestijs. **VI.** Idcirco unus interitus e hominis et uimtorū. et equa utriusq. conditio. Sicut moritur homo. sic et illa moriunt. Similiter spirant omnia. et nichil habet homo uumento amplē. Cuncta subiacent uanitati. et omnia pgiunt ad unum locū. **De** terra facta sunt. et in terram **VII.** pariter reuertunt. Quis nouit si spē filiorum adam ascendat sursum. et si spē iumentorum descendat deorsum. Et dephendi nichil eē melius quā letari hominē in ope suo. et hancesse partem illius. Quis enim cum adducet. ut post se futura cognoscat. **Verū** me ad alia et uidi calumnias que sub sole generant. et lacrimas innocentū. et consolatorē neminē. nec posse resistere eorum uolentia. cunctoy auxilio destrucos. Et laudau magis mortuos quā uiuentē. et feliciorem utrisq. iudicau qui needum natus e. nec uidit mala que sub sole fiūt. Rursus contemplantus sum omnes labores hominū. et industriam animaduerti patere inuidie proximi. Et in hoc g uanitas. et cura supflua est. Scitatus compliat manus suas. et comedit carnes suas dicens. Melior e pugillus cum reque. q plena utraq. manus cum labore et afflictione animi. Considerans repperi et aliam uanitatē sub sole. **VIII.** **V**nus est et scdm non habet. non filium. n frēm. et tamē laborare n cessat. nec satiant oculi ei diuicijs. nec recogitat dicens. Cui laboro. et fraudo animā meā bonis. In hoc qd.



uanitas ē. et afflictio pessima. Melius g̃ ē  
duos simul et̃ quā unum, habent enim  
emolumentum societatis sue. Si unus  
cecidit. ab altero fulcitur. Ve soli am  
bulanti. quia cum <sup>ruerit</sup> ceciderit n̄ habet sub  
leuantem. Et si dormierint duo. fouebunt  
mutuo. Unus quom̄ calefiet. Et si quis  
p̄ualuerit contra unum. duo resi  
stent ei. **viii.** **F**uniculus triplex.  
difficile rumpit̃. Melior ē puer pauper  
& sapiens. rege sene & stulto qui nescit  
p̄uidere in posterum. quod et de carcere  
et catenis int̄dum quis eḡdiatur ad re  
gnum. et alius natus in regno in op̄a  
consummat̃. Vidi cunctos iuuentis q̄  
ambulant sub sole cum adolescente sc̄do.  
qui consurgit p̄ eo. Infinitus numerus  
est populi omnū qui fuerunt ante  
eum. et qui postea futuri sunt. n̄ leta  
bunt̃ in eo. Sed et hoc uanitas. et afflictio  
sp̄e. Custodi pedem tuum ingrediens do  
mum dei. et appropinqua ut audias.  
Multo enim melior ē obedientia. quā  
stultoy uictime. qui nesciūt quid faciāt  
mali. **x.** **N**e temere quid loq̄  
ris. neq; cor tuum sit uelox ad p̄ferendū  
sermonē coram deo. Deus enim in celo  
et tu sup̄ terrā. idcirco sunt pauci sermones  
tui. Multas curas secuntur somnia. et in  
multis sermonibus inuenit̃ stulticia.  
**xii.** **S**iquid uouisti deo. ne moreris  
reddere. Displicet enim ei infidelis et stul  
ta p̄missio. sed quodcumq; uoueris redde.  
Multo melius ē non uouere. quā post  
uocum p̄missa n̄ reddere. Ne dederis os  
tuum ut peccare facias carnem tuā. neq;  
dicas coram anḡlo n̄ est p̄uidencia. ne for  
te iratus d̄s sup̄ sermones tuos. dissipet  
cuncta opa manū tuay. Vbi multa  
sunt somnia plurime uanitates. et sermo

nes innumeri. Tu ū deum time. Si uide  
ris calumnias egenoy et uolenta iudicia.  
et subuerti iusticiā in p̄uincia. n̄ mireris  
sup̄ hoc negotio. quia excelsio alius excelsio  
est. et sup̄ hos quoq; excelsiores sunt alij.  
et insup̄ uniuerse terre rex imperat serui  
enti. **xii.** **A**uarus n̄ impletur pecu  
nia. et qui amat diuicias n̄ accipiet fru  
ctus ex eis. Et hoc g̃ uanitas. Vbi multe  
sunt opes. inuita et qui comedunt eas. Et  
quid p̄dest possessori. nisi quod cernit di  
uicias oculis suis. Dulcis ē somnus ope  
ranti. siue parū siue multū comedat. Sa  
tuitas autē diuitis non sinit dormire  
eum. Est et alia infirmitas pessima quā  
uidi sub sole. diuicie conseruat̃ in malū  
dñi sui. peiunt enim in afflictione pessima.  
Generauit filiū. qui in summa egestate  
erit. Sicut egressus ē nudus de utero ma  
tris sue sic reuertet̃. et nichil auferet secū  
de labore suo. Misericabilis p̄suis infir  
mitas. Quom̄ uent̃ sic reuertet̃. quid g̃  
p̄dest ei. quod laborauit inuenit̃. Cum  
d̄s dieb; uite sue. comedit in tenebris  
et in curis multis. et erumna atq; tristi  
cia. Hoc itaq; in usum ē bonum. ut co  
medat quis et bibat et fruatur leticia. ex  
labore suo quo laborauit ipse sub sole.  
numero dierū uite sue quos dedit ei d̄s.  
Et hec ē pars illius. et omni homini cui  
dedit d̄s diuicias atq; substantiā. potesta  
temq; ei t̄bit ut comedat ex eis. et fruatur  
parte sua. et letetur de labore suo.  
hoc ē donum d̄i. Non enim satis recor  
dabitur dierum uite sue. eo quod d̄s oc  
cupet delicijs cor eius. **xiii.** **E**st et  
aliud malū quod uidi sub sole. et quidem  
frequens apud homines. Vir cui dedit  
d̄s diuicias et substantiā. et honorē. et  
nichil deest anime eius. ex omnib; que



desiderat. nec tribuit ei potestatem deus ut  
 comedat ex eo. sed homo extraneus uorabit  
 illud. Hoc uanitas et magna miseria est.  
 Si genuerit quisquam centum liberos.  
 et uixerit multos annos. et plures dies  
 etatis habuerit. et anima illius non utatur  
 bonis substantiis suis. sepulturaque careat.  
 de hoc ego pronuncio quod melior illo  
 sit abortiuus. frustra enim uenit et  
 pergit ad tenebras. et obliuione delebitur  
 nomen eius. Non uidit solem neque  
 cognouit distantiam boni et mali. etiam  
 si duobus milibus annis uixerit. et non  
 fuerit profectus bonis. Nonne ad unum  
 locum properant omnia. Omnis labor  
 hominis in ore eius. sed anima illius  
 non impletur bonis. Quid habet amplius sa-  
 piens stulto. et quid pauper. nisi ut pergat  
 illuc ubi est uita. Melius est uidere quod  
 cupias. quam desiderare quod nescias. Sed  
 et hoc uanitas est et presumptio spiritus. Qui  
 futurus est iam uocatum est nomen eius.  
 et scitur quod homo sit. et non possit con-  
 tra fortiores se in iudicio contendere. Ver-  
 ba sunt plurima. multam in disputando  
 habentia uanitate. **xiiii.** **Q**uid ne-  
 cesse est homini maiora se querere. cum  
 ignoret quid conducat sibi in uita sua.  
 numero dierum peregrinationis sue. et  
 tempore quo uelut umbra preterit. Aut  
 quis poterit ei indicare. quid post eum  
 futurum sub sole sit. Melius est nomen  
 bonum quam unguenta preciosa. et dies  
 mortis die natiuitatis. Melius est ire  
 ad domum luctus. quam ad domum conuiuuij.  
 In illa enim finis cunctorum ammonetur  
 hominum. et uiuens cogitat quid futu-  
 rus sit. Melior est ira risu. quia per tristi-  
 tiam uultus corrigitur. animus delinquentis.  
 Cor sapientium ubi tristitia est. et cor

stultorum ubi leticia. Melius est a sapiente  
 corripi. quam stultorum adulatione decipi.  
 quia sicut sonitus spinarum ardentium  
 sub olla sic risus stulti. Sed et hoc uanitas.  
 Calumnia conturbat sapientem. et perdit  
 robur cordis illius. Melior est finis orati-  
 onis quam principium. Melior est patiens  
 arrogante. **xv.** **N**e uelox sis ad  
 irascendum. quia ira in sinu stulti requiescit.  
 Ne dicas. quid putas cause est quod priora  
 tempora meliora fuere quam nunc sunt.  
 Stulta est enim huiusmodi interrogatio.  
 Utilior est sapientia cum diuicijs. et magis  
 predest uidentibus solem. Sicut enim pre-  
 git sapientia. sic pregit et pecunia. Hoc  
 autem amplius habet crudelitas et sapientia.  
 quod uitam tribuunt possessori suo. Consi-  
 dera opera dei. quod nemo possit corrigere  
 que ille desuperit. In die bona fruiere bonis.  
 et mala die precauere. Sicut enim hanc sic  
 et illam fecit deus. ut non inueniat homo con-  
 tra eum iustas querimonias. Hec quoque  
 iudi in diebus uanitatis meae. Iustus perit  
 in iusticia sua. et impius multo uiuit tem-  
 pore in malicia sua. Noli esse iustus mul-  
 tum. neque plus sapias quam necesse est. ne  
 obstupescas. Ne impie agas multum. et  
 noli esse stultus. ne moriaris in tempore  
 non tuo. Bonum est te sustentare iustum.  
 Sed et ab illo ne subtrahas manum tuam.  
 quia qui dominum timeat nichil negligit. Sapi-  
 entia confortauit sapientem. super decem  
 principes ciuitatis. Non est enim iustus ho-  
 mo in terra. qui faciat bonum et non peccet.  
 Sed et cunctis sermonibus qui dicuntur ne ac-  
 commodas cor tuum. ne forte audias ser-  
 uum tuum maledicentem tibi. Scit enim  
 tua conscientia. quia et tu crebro maledix-  
 isti alijs. Cuncta temptaui in sapientia.  
 Dixi. sapiens efficiar. et ipsa longum recessit



a me. multo magis quā erat. Et alta  
p̄funditas. quis inueniet eam? Iustra  
ui uniuersa animo meo ut scirem et  
considerare et querere sapientiam et ra-  
tionē: et ut cognoscerem impietate stul-  
tia. et errorem imprudentium. Et inue-  
ni amariore morte mulierē. quē laqueus  
uenatorū est. et sagena cor eius: uinci-  
la sunt manus illius. Qui placet dō  
effugiet illam: qui autē peccator est  
capiet ab illa. Ecce hoc inueni dixit ecclia-  
stes unū et alterum. ut inuenirem ratio-  
nem quam <sup>ad huc</sup> querit anima mea. et n̄ inueni.  
Solummodo hoc inueni. quod fecerit d̄s  
hominē rectū. et ipse se infinitas miscuerit  
questionibz. Quis talis ut sapiens est.  
et quis nouit solutionē uerbi. **xvi.**

**S**apientia hominis lucet inuultu eius.  
et potentissimus faciē illius commuta-  
bit. Ego os regis obseruo. et precepta iu-  
ramenti dī. Ne festines recedere a faciē  
eius. neq; p̄maneat in ope malo. quā omne  
quod uoluerit faciet. et sermo illius po-  
testate plenus est. nec dicere ei quis quā  
potest. quare ita facis. Qui custodit p̄-  
ceptum. non exspectat quicquā mali.  
Tempus et responsionē. cor sapientis in-  
telligit. Omni negotio tempus ē et oportu-  
nitas. et multa hominis afflictio. quā  
ignorat preterita. et uentura nullo  
scire potest nuncio. Non ē in hominis  
dicatione p̄hibere sp̄m. nec habet potesta-  
tem in die mortis. nec sinitur quiescere  
in gruenre bello. neq; saluabit impietas  
impii. Omnia hec consideraui. et dedi  
cor meum in cunctis opibus que fiunt  
sub sole. Interdum dominat̄ homo ho-  
mini. in malū suum. Uidi impios se-  
putos. qui etiam cum adhuc uiuerent  
in loco scō erant. et laudabant̄ in ciuitate

quasi iustoz opum. Sed et hoc uanitas.  
**xvii.** **E**t enim quia n̄ p̄fertur cito co-  
tra malos sententia. absq; ullo timore filij  
hominū p̄petrant mala. Attam̄ ex eo quod  
peccator centies facit malum. et p̄patien-  
tiam sustentatur. ego cognoui qd̄ erit bo-  
num timentibz d̄m. qui uerentur faciē  
eius. Non sit bonum impio nec plongen-  
tur dies eius. sed quasi umbra transe-  
ant. qui non timent faciē d̄m. Est et  
alia uanitas que fit sup̄ terrā. **xvi.** **S**c̄  
iusti quibz multa p̄ueniunt quasi opa  
egerint impioz. et sunt impij qui ita  
securi sunt. quasi iustoz facta habeat.  
S; et hoc uanissimū iudico. Laudauī ḡ-  
leticiā quod non ēēt hominū bonū sub so-  
le nisi quod comederet et biberet atq;  
gauderet. et hoc solum auferret de la-  
bore suo. in diebz uite quos dedit ei do-  
minus sub sole. Et apposui cor meum  
ut scire sapientiā. et intelligerem disten-  
sionē que uersatur in terra. Est homo  
qui diebz ac noctibz somnū oculis non  
capit. et intelliēt qd̄ omnū opum dī nul-  
lam possit homo inuenire rationē. eoz  
que fiunt sub sole. et quanto plus labo-  
rauerit ad querendum. tanto minus in-  
ueniet. Etiam si dixerit sapiens se nosse.  
non poterit reppire. Omnia hec tractaui  
in corde meo. ut curiose intelligerem.

**S**unt iusti atq; sapientes et opa. **xviii.**  
eoz in manu dī. et tamen nescit homo  
utrum amore an odio dignus sit. sed oīa  
in futurū seruant̄ incerta. eo quod unū  
sa eque eueniant iusto et impio. bono  
et malo. mundo et immundo. immo-  
lata uictimas et sacrificia contempnen-  
ti. Sicut bonus sic et peccator. ut pu-  
rus. ita et ille qui uerum dixerat. Hoc  
ē pessimum inter omnia que sub sole



fiunt. quia eade cunctis eueniunt. Vnde  
 et corda filiorum hominum implentur ma-  
 licia. et contemptu in uita sua. et posthec  
 ad inferos adducuntur. Nemo est qui semp  
 uiuat. et qui hui rei habeat fiduciam.  
**M**elior e canis unius leone mortuo. Vne-  
 tes enim sciunt se esse mortuos. mortui  
 u nichil nouerunt amplius. nec habent  
 ultra mercedē. quia obliuioni tradita est  
 memoria eorū. Amor quoq; et odium et  
 inuidia simul perierunt. nec habent partē  
 in hoc seculo. et in ope quod sub sole gerit.  
**V**ade g et comede in leticia panē tuum.  
 et bibe cum gaudio unū tuum. quia  
 deo placent opera tua. **O**mnī tempore  
 sint uestimenta tua candida. et oleum de  
 capite tuo non deficiat. **P**fructe uita cum  
 uxore quam diligis. cunctis dieb; uite in  
 stabilitatis tue. qui dati sunt tibi sub  
 sole omni tempore uanitatis tue. **H**ec  
 est enim pars in uita et in labore tuo /  
 quo laboras sub sole. **Q**uodcumq; potest  
 manus tua facere instanter operare. quā  
 nec opus nec ratio nec scientia nec sapi-  
 entia erunt apud inferos. quo tu pperā.  
**V**erti me alio. uidiq; sub sole. nec uelocium  
 esse cursū. nec fortū bellū. nec sapientiū  
 panē. nec doctoꝝ diuicias. nec artificum  
 grām. sed tempus casumq; in omib;. **N**escit  
 homo finē suum. sed sicut pisces capiunt  
 hamo. et sicut aues comprehendunt laqueo.  
 sic capiunt homines tempore malo. cum  
 eis ex templo supuenerit. hanc quoq; uidi  
 sub sole sapientiā. et pbau maximā. **C**ui-  
 tas parua et pauci in ea uir. uenit contē-  
 tam rex magnus et uallauit eā. et trux-  
 itq; muntiones p gurū. et pfecta e obli-  
 dio. inuentusq; in ea uir paup et sapiens.  
 liberauit urbē p sapientiā suam. et null⁹  
 deinceps recordat⁹ e hominis illi paupis.

& dicebam ego meliōr eē sapientiā forti-  
 tudine. Quom̄ g sapientia paupis con-  
 tempta e. et uerba eius n̄ sunt audita.  
**V**erba sapientiū audiunt in silentio. plus  
 quā clamor principis inter stultos. **M**e-  
 lior e sapientia. quam arma bellica. et  
 qui in uno peccauerit multa bona pdet.  
**xx.** **M**ulge morientes pdunt suau-  
 tatē unguenti. **P**reciosior est sapientia  
 et glā parua ad temp⁹. stulticia. **C**or sa-  
 pientis in dextera eius. et cor stulti in fini-  
 stra illius. **S** et in uia stult⁹ ambulans.  
 cum ipse insipiens sit. omnes stultos effi-  
 mat. **S**i spē potestātē habentis ascen-  
 derit sup te. locum tuū ne dimiseris.  
 quia curatio cessare faciet peccata maxi-  
 ma. **U**t malum quod uidi sub sole. qua-  
 si p errorē egrediens a facie pncipis. posit⁹  
 stultū in dignitate sublimi. et diuites se-  
 dere deorsum. **V**idi seruos in equis. et pnci-  
 pes ambulantes. quasi seruos sup trā.  
**xxi.** **Q**ui fodit foueam incidet in  
 eam. et qui dissipat sepem mordebit eū  
 coluber. **Q**ui transfert lapides affligetur  
 in eis. et qui scindit ligna uulnerabitur  
 ab eis. **S**i retūsum fuerit ferrū. et hoc n̄  
 ut prius sed hebetatū fuerit. multo la-  
 bore exacuit. et post industriā sequitur  
 sapientia. **xxii.** **S**i mordeat serpens in  
 silentio. nichilominus habet qui occulte  
 detrahit. **V**erba oris sapientis grā. et labia  
 insipientis p̄cipitabit eum. **I**niciū uer-  
 boꝝ eius stulticia. et nouissimū oris illi  
 error pessimus. **S**tultus uerba mutapli-  
 cat. **I**gnorat homo quid ante se fuerit.  
 et quod post futurū e quis illi poterit indi-  
 care. **L**abor stultoꝝ affliget eos. qui nesci-  
 unt in urbē p̄gere. **V**e t̄ terra cui⁹ rex e  
 puer. et cuius pncipes mane comedunt.  
**xxiii.** **B**eata terra cuius rex nobilis.



et cuius principes uescunt in tempore suo:  
ad reficiendum et non ad luxuriam. In pigri-  
cys humiliabitur contignatio: et in infir-  
mitate manuum psallabunt domi. In risu  
faciunt panem ac uinum: ut epulentur biben-  
tes: et pecunie obediunt omnia. **xxiiii.**  
**I**n cogitatione tua regi ne detrahas. et in  
secreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti:  
quia aures celi portabunt uocem tuam.  
et qui habet penas annuntiabit senten-  
tiam. **xxv.** **M**itte panem tuum sup  
transeuntes aquas: quia post multa  
tempora inuenies illum. **Da partem septem**  
**neehon et octo.** quia ignoras quid futu-  
rum sit mali sup terram. Si replete fuerint  
nubes: ymbrem supra terram effundent. Si  
cecidert lignum ad austrum aut ad aquilo-  
nem: in quocumque loco ceciderit ibi erit.  
Qui obseruat uentum non seminat: et qui  
considerat nubes nunquam metet. Quomodo  
ignoras que sit uia spiritus. et qua ratione  
compingantur ossa in uentre pregnantis:  
sic nescis opera dei qui fabricator est omnium.

**M**ane semina semen tuum. et uespere. **xxvi.**  
ne cesset manus tua. quia nescis quid  
magis oriatur hoc an illud: et si utrumque  
simul melius erit. Dulce lumen et delecta-  
bile est oculis uidere solem. Si annis mul-  
tis uixerit homo et in omnibus his letatus  
fuerit: meminisse debet tenebrosi tem-  
poris. et dierum multorum: quia cum uenerint  
uanitates arguentur preterite. **Lecare ergo**  
**iuuenis in adolescentia tua.** et in bono sit  
cor tuum in diebus iuuentutis tue: et ambula  
in uis cordis tui et in intuitu oculorum  
dicare in castris: ut applicarent unusquisque  
in quo erant loco. Et applicuerunt se-  
uiri uirtutis. et oppugnauit ciuitatem  
illam tota die et tota nocte: et tra-  
dita est ciuitas in manu eius. et peremerunt  
omnē masculum in ore gladii. et eradi-  
cauit eam et accepit spolia eius: et transiit  
per totam ciuitatem super interfectos. &  
transgressi sunt iordanem in campo magno  
contra faciem bethsan: et erat iudas congre-  
gans extremos. et exhortabatur populum per  
totam uiam donec uenerunt in terram  
iuda. Et ascenderunt in montem syon cum  
leticia et gaudio: et operuerunt holocau-  
sta. quod nemo ex eis cecidisset. donec reuer-  
terentur in pace. **xvii.** **E**t in diebus  
quibus erat iudas et ionathas in terra ga-  
laad. et symon frater eius in galilea. contra  
faciem ptholomaidis. audiuit iosephus



zacharie filius. et azarias princeps uirtu-  
 tis. res bene gestas. et prelia que facta se-  
 et dixit. faciamus et ipsi nobis nomen.  
 et camus pugnare aduersum gentes que  
 in circuitu nro sunt. Et precepit his qui  
 erant in exercitu suo. & abierunt iammā.  
 Et cecit gorgias de ciuitate et uiric' obuiam il-  
 lis impugnā. et fugati sunt iosephus et  
 azarias usq; in fines iude. & occiderunt  
 illa die de populo isrl' ad duo milia uiri. Et  
 facta ē fuga magna in populo. quia n̄ audi-  
 erunt iudam et frēs eius. existimantes se  
 foretiter facturos. Ipsi autē non erant de  
 semine uiroz illorum. p̄ quos salus facta  
 ē in isrl'. Et uiri iuda magnificati sunt ual-  
 de in conspectu omnis israhel' et omnium  
 gentiū ubi audiebat nomen eoz. Et conue-  
 nerunt ad eos omnis ecclia. et exiit iudā  
 et frēs eius. et expugnabat filios esau  
 in terra que ad austrum ē. & percussit e-  
 broy. et filias eius. et muros eius et tur-  
 res eius succendit igni in circuitu. Et mo-  
 uit castra. ut iret in terram alienigenarum.  
 et pambulabat samariam. In illa die ce-  
 ciderunt sacerdotes in bello. dū uult fore-  
 titer facere. dum sine consilio exiit in pre-  
 lium. Et declinauit iudas in azotā in  
 terra alienigenarum. et uidit aras eoz  
 & spolia deorum ipsoz succendit igni. &  
 cepit spolia ciuitatum. et regressus ē in  
 terram iuda. **xxviii.** **E**t rex antioch'  
 pambulauit superiores regiones. et audi-  
 uit eē ciuitatem elimaydē in psyde  
 nobilissimam. et copiosam in argento et  
 auro. templumq; in ea locuples ualde.  
 et illic uelamina aurea. et lorice. et scuta.  
 que reliquit alexander philippi rex ma-  
 cedo. qui regnauit primus in grecia. Et  
 uenit et querebat ciuitatē capere. et p̄-  
 dan eam. et n̄ potuit. quia innotuit

sermo his qui erant in ciuitate. Et misur-  
 rexerunt in preliū. et fugit inde. et abiit  
 cum tristitia magna et reuers' ē bablylo-  
 niā. Et uenit qui nunciaret ei in psyde.  
 quia fugata sunt castra. que erant in tra-  
 uida. et q̄ abiit lysias cum uirtute forti-  
 in primis. et fugatus ē a facie iudeoz.  
 et inualuerunt armis et uiribus. et  
 spoliis multas que ceperant. et quia di-  
 ruerunt abominationē. quā edificauerat  
 sup altare quod erat in iherlm'. et sanctifica-  
 tionē sicut prius circumdederunt muris  
 excelsis. sed et bechsuram ciuitatē suam.  
 Et factum ē ut audiuit rex sermones is-  
 tol' expauit. et commotus ē ualde. et deci-  
 dit in lectum. et incidit in languorē pre-  
 tristitia. quia non est factum sicut cogita-  
 bat. Et erat illic dies multos. quia reno-  
 uata erat in eo tristitia magna. et arbitra-  
 tus est se mori. **Q**uocauit omnes amicos  
 suos. et dixit illis. **R**ecessit somnus ab oculis  
 meis. et concidi et corruu corde pre sollici-  
 tudine. Et dixi in corde meo. **I**n quantam  
 tribulationē deueni. et in quos fluctus  
 tristitię in qua nunc sum. qui iocundus  
 eram. et dilectus in potestate mea. **N**ūc  
 ū remiscoe maloz que feci in iherlm' un-  
 de abstuli omnia spolia argentea et aurea  
 que erant in ea. et nisi auferri habitantes  
 iudeam sine causa. **C**ognoui ḡ q̄a pp̄ca  
 inuenerunt mala ista. et ecce pereō tristitia  
 magna in terra aliena. Et uocauit philip-  
 pum unū de amicis suis. et p̄posuit eū  
 sup uniuersum regnum suū. et dedit ei dia-  
 dema et stolam suā. et anulū. ut adduceret  
 antiochum filium suū. et nutreret eum  
 et regnaret. Et mortuus ē illic antiochus  
 rex. anno centesimo quadragesimo et no-  
 no. **Q** cognouit lysias qm̄ mortuus ē  
 rex. et constituit regnare antiochum filiū



cuius quem nutriti adolescentem. et uoca-  
uit nomen eius cupator. Et hi qui erant  
in arce concluderant isrl' in circuitu scōrū.  
et querebant eis mala semp ad firmamē-  
tum gentium. Et cogitauit uidas disp-  
dere eos. et conuocauit uniuersū pplm  
ut obsiderent eos. & circuerunt simul  
et obsederunt eos anno centesimo quin-  
quagesimo. et fecerunt balistas et machi-  
nas. Et exierunt quidam ab eis qui ob-  
sidebantur. et adiunxerunt se illis aliq  
ex impūs isrl': et abierunt ad regem &  
dixerunt. Quousq; nō facies iudiciū. et iun-  
dicas frēs nr̄s. Nos decreuim' seruire  
patri tuo. et ambulare in p̄ceptis eius.  
& obsequi edictis eius. et filii populi nr̄i  
pp̄t hoc abalienabant se a nobis. Et  
quicumq; inueniebant ex nobis interficie-  
bant. et hereditates nr̄e diripiebantur. et  
nō ad nos tantum. extendunt manum.  
sed et in omnes fines nr̄os. Et ecce applicue-  
runt hodie ad artem iherlm occupare eā.  
et munitiōnē in bethsura munerunt. et  
nisi preuenieris eos uelocius. maiora quā  
hec faciunt. nec poteris optinere eos. **xviii**

**E**t natus ē rex ut audiuit. et conuocauit  
omnes amicos suos et principes exercitus  
iui. et eos qui sup equites erant. sed et de  
regnis alijs. et de insulis et martanis ue-  
nerunt ad eum exercitus conducti. et  
erat numerus exercitus centum milia pe-  
ditum. et uiginti milia equitum. et ele-  
fanta triginta duo docti ad prelium. Et  
uenerunt p̄ idumeam. et applicuerunt  
ad bethsuram. et pugnauerunt dies mul-  
tos. et fecerunt machinas. Et exierunt  
et succenderunt eas igni. et pugnauerūt  
uirtutē. Et exiit uidas ab arce. et mo-  
uit castra ad bezachara contra castra  
regis. Et surrexit ante lucem. et conata

uit exercitus impetum contra uiam bezcha-  
chata. et parauerunt se exercitus in plū.  
et tubis cecinerunt. et elefantis ostenderē  
sanguinē uiuē et mori. ad acuendos eos  
in plūm. Et diuiserunt bestias p̄ legione.  
et astiterunt singulis elefantis mille uiri  
in loriceis concatenatis. et galeę greę in  
capitibus eorum. Et quingenti equites  
ordinati uniuersūq; bestię electi erant. Hi  
ante temp' ubicumq; erat bestia ibicāt.  
et quocumq; ibat ibāt et nō discedebant  
ab ea. sed et turres lignee sup eas fime.  
p̄gentes sup singulas bestias. et sup eas  
machinę. et sup singulas uiri uirtutis tri-  
ginta duo qui pugnant desup. et mō  
magister bestię. Et residuum equitū  
hinc et inde statuit. in duas partes. tu-  
bis exercitum commouere. et purgare. cō-  
stipati in legionibus eius. Et ut resuscit  
sol in clipeos aureos et creos resplenderūt mō-  
tes ab eis. Resplenderunt sicut lampa-  
des ignis. et distenta ē pars exercitus re-  
gis p̄ montes excelsos. et alij p̄ loca humi-  
lia. et ibant caute et ordinate. Et commo-  
uebant omnes inhabitantes a uoce mul-  
titudinis eorū. et in cessu turbe. et collisi-  
onis armorū. Erat enim exercitus magni-  
ualde et fortis. Et appropinquauit iude  
et exercit' ei ad preliū. et ceciderunt de ex-  
ercitu regis sexcenti uiri. Et uidit clea-  
zar filius saura unam de bestijs loriceā  
loriceis regis. et erat eminentis sup ceteras  
bestias. et uisum ē ei quod in ea eēt rex.  
et dedit se ut liberaret populum suum.  
et acquireret sibi nomen cōnium. Et cu-  
currit ad eā audacter in medio legionis.  
& interficiens a dextris et a sinistris. et cade-  
bant ab eo huc et illuc. Et iuit sub pedes  
elefanti. et supposuit se ei et occidit eū.  
et cecidit sup ipsum. et mortuus



I.

illuc. Et uidentes uirtutem regis. et impe-  
 tam exercitus eius: diuerterunt ab eis. Ca-  
 stra autem regis ascenderunt contra eos  
 in bethlaim. et applicuit castra rex ad uideam  
 et monte syon. Et fecit pacem cum his qui  
 erant in bethsura. et exierunt de ciuitate  
 quia non erant eis ibi alimenta conclusis  
 quia sabbata erant tery. Et compben-  
 dit rex bethsura. et constituit illic seruire  
 eam. Et conuertit castra ad locu scificatio-  
 nis dies multos. et statuit illic balistas &  
 machinas. & ignis iacula. et tormenta ad  
 lapides iactandos. et spicula. et scorpios.  
 ad mittendas sagittas et fundibula. Fe-  
 cerunt autem et ipsi machinas aduersus  
 machinas eorum. et pugnauerunt dies mul-  
 tos: Esq; autem non erant in ciuitate eo quod  
 septimus annus esset. Et qui remanserant  
 iudea de gentibus. consumpserant reli-  
 quas eorum que repositae fuerant. et reman-  
 serunt in seculis uiri pauci quoniam optinuerat eos  
 fames. et dispersi sunt unusquisque in locum suum.  
 Et audiuit lysias. quod philippus que con-  
 stituit rex antiochus cum adhuc uiuere-  
 ut nutaret antiochum filium suum ut  
 regnaret. reuersus est a pside et media.  
 et exercitus qui abierat cum ipso. et quia  
 querit suscipere regni negotia. festinauit  
 ire et dicere ad regem et duces exercitus:  
 Deficim? cotidie et esca nobis modica est.  
 et locus quem obsidem? e munit? & incu-  
 bit nobis ordinare de regno. Hunc itaq;  
 demul dexteras hominib? istis. et faciam?  
 cum illis pacem. et cum omni gente eorum.  
 et constituamus illis ut ambulent in le-  
 gitimis suis sicut prius. Propt? legitima  
 enim sua que despectimus uati sunt. et  
 fecerunt omnia hec. Et placuit sermo  
 in conspectu regis & principum. et misit  
 ad eos pacem facere et receperunt eam.

Et iurauit illis rex et principes. et exiit  
 de muntione. & intrauit rex montem  
 syon et uidit muntione loci. et rupto ci-  
 tuis iuramentu quod iurauit. et manda-  
 uit destruere murum in gyro. Et discessit  
 festinant? et reuersus e antiochia. et inue-  
 nit philippum dominantem ciuitati. et  
 pugnauit aduers? eum et occupauit ciui-  
 tatem. **xx.** Anno centesimo quin-  
 quagesimo et primo. exiit demetrius se-  
 leuci filius ab urbe roma. et ascendit cum  
 paucis uiris in ciuitate maritima. et reg-  
 nauit illic. Et factum e ut ingressus e  
 in domum regni patrum suorum. compben-  
 dit exercitus antiochum et lysiam. ut  
 adduceret eos ad eum. Et res ei innotuit  
 et ait. Nolite in ostendere faciem horum.  
 Et occidit eos exercitus. Et sedit demetri?  
 sup sedem regni sui. et uenerunt ad eum  
 uiri iniqui et impii ex isrl. et alchimus  
 dux eorum. qui uolebat fieri sacerdos. et  
 accusauerunt populu apud regem dicentes:  
 Perdidit uidas et frs eius amicos tuos. &  
 nos dispersit de terra nra. Hunc g? mitte  
 uirum cui credis ut eat et uideat exer-  
 citu omne quod fecit nobis et regionib?  
 regis. et puniat omnes amicos eius et  
 adiutores eorum. Et elegit rex ex amicis su-  
 is bachidem qui dominabatur trans flu-  
 men magnum in regno et fidelem regi. et  
 misit eum. et alchimum impium constituit  
 in sacerdotium. et mandauit ei facere ul-  
 tionem in filios isrl. Et surrexerunt et uene-  
 runt cum exercitu magno in terram iuda.  
 et miserunt nuncios. et loquuti sunt ad  
 iudam et frs eius uerbis pacificis in do-  
 lo. et non intenderunt sermonib? eorum.  
 viderunt enim quia uenerunt cum ex-  
 ercitu magno. Et uenerunt ad alchimum  
 et bachidem congregatio scribaru. requi-



rere que iusta sunt. et primi affidei q̄  
 erant in filiis isrl. et exquirebant ab eis  
 pacem. Dixerunt enim. homo sacerdos  
 de semine aaron uenit. n̄ decipiet nos.  
 Et loquutus est cum eis ūba pacifica.  
 et iurauit illis dicens. Non inferemus  
 uobis malum. neq; amicis ur̄is. Et cre-  
 diderunt ei. et comprehendit ex eis sexa-  
 ginta uiros. et occidit eos in una die.  
 scđm uerbum quod scriptum ē. Carnes  
 scōrum tuorum et sanguinē ipsorum  
 effuderunt in circuitu iherlm. et non  
 erat qui sepeliret. Et incubuit timor  
 et tremor in omnē populū quia dixer̄t.  
 Non ē in eis ueritas et iudiciū. Trans-  
 gressi sunt enim constitutum et ius  
 iurandum quod iurauerunt. Et mouit  
 bachides castra ad iherlm. et applicuit  
 in bechzecha. et misit et comprehendit  
 multos ex eis qui a se refugerant. et q̄s-  
 dam de populomactauit. et in puteū  
 magnum proiecit. Et commisit regionē  
 alchim. et reliquit cum eo auxilium in ad-  
 iutorium ipsi. Et abiit bachides ad regē.  
 et satis agebat alchim. p̄ principatu sa-  
 cerdotij sui. Et conuenerunt ad eum om-  
 nes qui perturbabant populū suū. et op-  
 tinuerunt terram iuda. et fecerunt pla-  
 gam magnam in isrl. Et uidit uidas om-  
 nia mala que fecit alchim. et qui cū  
 eo erant de filiis isrl. plus multo quam  
 gentes. et exiit in omnes fines iude in  
 circuitu. et fecit uindictam in uiros  
 desertores. et cessauerunt ultra exire  
 in regionem. Vidit autē alchim. quod  
 preualuit uidas. et qui cum eo sunt. et  
 cognouit quia n̄ potest sustinere eos.  
 et regressus ē ad regem. et accusauit eos  
 multis criminib⁹. Et misit rex nichano-  
 rem unū ex principibus suis nobilitib⁹.

querat inimicias exercens contra israhel.  
 et mandauit ei populū euertere. **.xxi.**  
**E**t uenit nichanor in iherlm cū exercitu  
 magno. et misit ad uidam et ad fr̄es eius  
 uerbis pacificis cum dolo dicens. Non sit  
 pugna inter me et uos. ueniam cum ui-  
 ris paucis. et uideam facies ur̄as cum pa-  
 ce. Et uenit ad uidam. et salutauerunt se  
 inuicem pacifice. et hostes parati erant  
 rapere uidam. Et innotuit sermo uidę qm̄  
 cum dolo uenerat ad eum. et conuertit  
 est ab eo. et amplius noluit uidere faciē  
 eius. Et cognouit nichanor qm̄ deuidatū  
 est consilium eius. et exiit obuiam uidę  
 in pugnam. iuxta capharsamala. Et occi-  
 derunt de nichanoris <sup>exercitu</sup> fere quinq; milia  
 uiri. et fugerunt in ciuitatē dauid. Et  
 post hec uerba ascendit nichanor in mō-  
 tem syon. et exierunt de sacerdotib⁹ po-  
 puli salutare eum in pace. et demonstra-  
 re ei holocaustomata que offerebantur  
 prege. Et irridens spreuit eos et polluit  
 et loquutus ē superbe. et iurauit cum ira  
 dicens. Nisi traditus fuerit uidas et exer-  
 citus eius in manus meas. continuo cum  
 regressus fuero in pace. succendam domū  
 istam. **E**xiit cum ira magna. Et intraue-  
 runt sacerdotes. et steterunt ante faciem  
 templi et altaris. et flentes dixerunt. Tu  
 elegisti domum istam dñe ad inuocan-  
 dum nomen tuum in ea. ut esset domus  
 orationis et obsecrationis populo tuo.  
 fac uindictam in homine isto. et exercitu  
 eius. et cadant gladio. Memento blasphemias  
 eorum. et ne dederis eis ut p̄mane-  
 ant. Et exiit nichanor ab iherlm. et ca-  
 strā applicuit ad bechoroz. et occurrit  
 illi exercitus syrie. Et uidas applicuit in  
 adarsa cum tribus milibus uiris. et ora-  
 uit uidas et dixit. **.xxii.** **Q**uissu



.I?

erant a rege semmacherib. dñe qui blasphemauerunt te. gñt angelus et percussit ex eis centum octoginta quinque milia. Sic contere exercitum istum in conspectu nostro hodie. et sciant ceteri quia male loquutus est sup scā tua. et iudica illum scdm maliciam illius. Et commiserunt exercitus plūm <sup>aurum</sup> tercia decima die mensis adar. et contrita sunt castra nuchanoris. et cecidit ipse primus in prelio. Ut uidit autē exercitus ei quia cecidit nicanor. preceperunt arma sua et fugerunt. Et psequuta sunt eos uiam diei unius ab adasor usquequo uenatur gazera. et cubis cecinerunt post eos cum significationibus. et exierunt de omnibus castellis iudeg. in circuitu. et uentilabant eos cornibus. et conuertebantur iterum ad eos. et ceciderunt omñs gladio. et non est relictus ex eis nec unus. Et acceperunt spolia eorum et predam. et caput nicanoris amputauerunt. et dexteram eius quā extenderat supbe. et attulerunt et suspenderunt contra iherlm. et lectatus ē populus ualde. Et egerunt diem illam in leticia magna. & constituit agi omnib' annis diem istam tercia decima die mensis adar.

**E**t sicut terra iuda dies paucos. **xxiii.** Et audiuit iudas nomē romanorum quia sunt potentes uiribus. et acquiescunt ad omnia que postulant ab eis. et quicumq; accesserunt ad eos. statuerunt cū eis amicitias. et quia sunt potentes uiribus audierunt prelia eorū. et uirtutes bonas quas faciunt in galatia. quia optinuerunt eos et dixerunt sub tributū. et quanta fecerunt in regione hyspanie. et quod in potestate redigerunt metalla argenti et auri que illic sunt. et posederunt omnē locum consilio suo et

potentia <sup>loci</sup> ludos que longe erant ualde ab eis. et reges qui supuenerant illis ab extremis terris contriuerunt. et percusserunt eos plaga magna. Ceteri autē dant eis tributum omnibus annis. et philippum. & psem <sup>ca</sup>caorum regem. et ceteros qui aduersus eos arma tulerunt contriuerunt in bello. et optinuerunt eos. Et antiochū magnum regem asyē. qui eis pugnam intulerat. habens centum uiginti elefantos. & exercitum magnum ualde contritum ab eis. et quia ceperunt eum uiuū et statuerunt ei ut daret ipse. et qui regnauerunt post eum tributum magnum. et daret obsides et constitutum. et regionem medorum. et lydos et medos de optinis regionibus eorū. et acceptas eas ab illis dederunt eunem regi. et quia qui erāt apud elladam uoluerunt ire et tollere eos. et innotuit sermo his. et miserunt ad eos ducem unum. et pugnauerunt contra illos. et ceciderunt ex his multi. Et captiuas dixerunt uxores eorū et filios. et diripuerunt eos et terrā eorū possederunt. et destruxerunt muros eorum. et in seruitutē illos redegerunt usq; in hunc diem. et residua regna & insule que aliquando restiterant illis exterminauerunt & in potestate redigerunt. cum amicis autem suis. & qui in ipsis regnum habebant. conseruauerunt amicitia. et optinuerunt regna que erant proxima. et que longe. quacumq; audiebant nomen eorum timebant eos. Quibz u uellent auxilio eē ut regnarent regnabant. quos autē uellent regno deturbabant. et exaltati sūt ualde. et in omnibz istis nemo portabat diadema nec induebatur purpura ut magnificaretur in ea. Et quia curiam fecerunt sibi. et cotidie consulebant trecenti



uiginti. consilium agentes semp de multitudine. ut que digna sunt agant. et committant uni homini magistratum suum p singulos annos. et dominari uniuerse terre sue. et omnes obedunt uni. et n̄ est inuidia neq; zelus inter eos. **xxxiii.** **E**t elegit uidas eupolemmum filium iohannis filii iacob. et iasonem filium eleazari. et misit eos romam constituere cum eis amicitiam et societatem. et ut auferrent ab eis iugum grecorum. quia uiderunt quod miseritatem premerent regnū isrl. Et abierunt romam uiam multā ualde. et introierunt curiam et dixerunt. Judas machabeus et fr̄s eius. et populus iudeorū miserunt nos ad uos statuere uobcum societate et pacem. et conscribere nos socios et amicos ur̄s. Et placuit sermo in conspectu eorū. Et hoc rescriptum quod rescripserunt in tabulis ereis. et miserunt in iherl̄m ut eēt apud eos ibi memoriale pacis et societatis. **xxxv.** **B**ene sit romanis et genti iudeorū in mari & in terra incēnum. gladiusq; et hostis. pcul sit ab eis. Quod si institerit bellum romanis pri. aut om̄ibus socijs eorū in om̄i dominatione eorū. auxilium feret gens iudeorum. p ut tēp̄ dictauerit corde pleno. Et plantabunt n̄ dabunt neq; summumstrabunt triticum. arma. pecuniam. naues. sicut placuit romanis. et custodient mandata eorum nichil ab eis accipientes. Similiter autē et si genti iudeorum prius acciderit bellū. adiuuabunt romani ex animo. p ut eis temp̄ pmiserit. Et adiuuantib; non dabitur triticum. arma. pecunia. naues. sicut placuit romanis. et custodiant mandata eorū absq; dolo. Scdm̄ hec ūba constituerunt romam populo iudeorū. Quod si post hec uerba hi aut illi addere

uel demere aliquid ad hec uoluerint. facient ex pposito suo. et quecuinq; addiderunt uel dempserunt rata erunt. Sed et de malis que demetrius rex fecit in eos. scripsimus ei dicentes. Quare gramasti iugum tuum. sup amicos nr̄s et socios iudeos. Siḡ iterum adierunt nos aduisum te faciemus illis iudiciū. et pugnamus tecum mari terraq;. **vi.** **P**osterea ubi audiuit demetrius quia cecidit meanoz. et exercitus eius in prelio. apposuit bachidē et alchimum rursū mittere in iudeam. et dextrum cornu cum illis. Et abierunt uiam que ducit in galgala. et castra posuerunt in mesaloth. que est in arbellis. et occupauerunt eam. et penerunt animas hominum multas. Et in m̄se primo anni centesimi quinquagesimi et secundi. applicuerunt exercitum ad iherl̄m. Et surrexerunt et abierunt in berea uiginti milia uirorū. et duo milia equitum. et uidas castra posuerat in laisa. et tria milia uiri cum eo electi. Et uiderunt multitudinē exercitus sui. et bellum pugebat eum. quia multi sunt. et timuerunt ualde. Et multi subtraxerunt se de castris. et non remanserunt ex eis nisi octingenti uiri. Et uidit uidas quod defluxit exercitus suus. et bellum pugebat eum. contractus ē corde quia non habebat tempus congregandi eos. et dissolutus ē. et dixit his qui residui erant. Surgamus et eamus ad aduersarios nr̄s. si poterimus pugnare aduersus eos. Etauerunt eum dicentes. Non poterimus. sed liberemus animas nr̄as modo. et reuertamur ad fr̄s nr̄s. et tunc pugnabimus aduersus eos. Hos autē paucissimus. Et ait uidas. Absit istam rem facere. ut fugiamus ab eis. Et si appro-



prauit tempus nrm mouamur in uirtu  
 te ppter frs nros. et n inferamus crimen  
 ghe nre. **xxvi.** **E**t mouit exercitus  
 de castris. et steterunt illis obuiam. Et  
 diuisi sunt equites in duas partes. et fun  
 dibularij et sagittarij prebant exercitū.  
 et primi certaminis omnes potentes. Ba  
 chides autē erat in dextro cornu. et pro  
 ximauit legio ex duabus partibus. et cla  
 mabant tubis. Exclamauerunt autem et  
 hi qui erant ex parte iude. etiam ipsi. Et  
 commota ē terra a uoce exercituum. et cō  
 missum ē prelium amane usq; ad uespam.  
 Et uidit iudas quia firmior est pars exer  
 citus bachidis in dextris. et conuenerunt  
 cum ipso omnes potentes corde. et contri  
 ta ē dextera pars ab eis. et psequutus ē  
 eos usq; ad montem azog. Et qui in sin  
 stro cornu erant uiderunt quod contri  
 tum ē dextrū cornu. et sequuti sunt  
 post iudam et qui cum ipso erant a tergo.  
 Et ingratum ē prelium. et ceciderunt  
 uulnerati ex his et illis. Et iudas cecidit.  
 et ceteri fugerunt. Et ionathas et symon  
 tulerunt frēm suum iudam. et sepelierūt  
 eum in sepulchro patrum suoy in ciuitate  
 modm. Et steterunt eum omnis populus  
 isrl' planctu magno. et lugebant dies  
 multos. et dixerunt. Quomodo cecidit  
 potens. qui saluum faciebat isrl'. Et occa  
 ūba iude bellorū et uirtutum quas fecit  
 n sunt descripta. multa enim erant ual  
 de. **xxvii.** **E**t factum ē post obitū  
 iude. emerferunt ungu in omnibus finib'  
 isrl' et exorta sunt omnes qui opabantur  
 iniquitatem. In diebus illis facta ē famel  
 magna ualde. et tradidit se bachidi omnis  
 regio eorum cum ipsis. Et elegit bachides  
 impios uiros. et constituit eos domino  
 regionis. Et exquirebant et pseruabant

amicos iude. et adducebant eos ad bachi  
 dem. et uindicabat in illos et illudebat.  
 Et facta ē tribulatio magna in isrl' qua  
 lis n fuit ex qua die non ē uisus ppheta  
 in isrl'. Et congregati sunt omnes amici  
 iude. et dixerunt ionathę. Ex quo frater  
 tuus iudas defunctus ē. uir similis ei n  
 est. qui exeat contra inimicos. bachidem  
 et eos qui inimici sunt genti nre. Hunc  
 itaq; te elegimus hodie. pro nobis esse  
 principem et ducem. ad bellandum bellū  
 nrm. **xxviii.** **E**t suscepit ionathas  
 tempore illo principatum. et surrexit lo  
 co iude frs sui. Et cognouit bachides.  
 et querebat eum occidere. Et cognouit  
 ionathas et symon frater eius. et omnes  
 qui cum eo erant. et fugerunt in desertū  
 thecue. et confederunt ad aquam lacus  
 asphar. Et cognouit bachides. et die  
 sabbatorum uenit ipse et omnis exercit'  
 eius trans iordanē. Et misit frēm suum  
 ducem populi. et rogauit nabutheos a  
 micos suos. ut commendaret illis appa  
 ratum suum. qui erat copiosus. Et exie  
 runt filij iambri ex madaabas. et compre  
 henderunt iohannē et omnia que habe  
 bat. et abierunt habentes ea. Post hec  
 uerba renunciatum ē ionathę et symoni  
 frī eius. quia filij iambri faciunt nuptias  
 maguas. et ducunt sponsam ex mada  
 ba. filiam unius ex magnis principibus  
 chanaan. cum ambitione magna. Et re  
 cordati sunt sanguinis iohannis frs sui.  
 et ascenderunt et absconderunt se sub regy  
 mento montis. et leuauerunt oculos suos  
 et uiderunt. et ecce tumultus et appara  
 tus multus. et sponsus pcessit et amici  
 eius. et frs eius obuiam illis. cum tym  
 panis et musicis. et armis multis. Et  
 surrexerunt ad eos cum insidijs. et occide



rē eos. Et ceciderunt uulnerati multi. et residui fu-  
 gerunt in montē. Et accipiunt oīa spolia eorū. et  
 conuēse sūt nuptie in luctū. et uox musicorū ip-  
 sorū in lamentū. et iudicauerunt uindictā sangui-  
 nis fr̄is sui. et reuēsi sūt ad ripā iordanis. Et audi-  
 uit bachides. et uenit die sabbatorū usq; ad bo-  
 rā iordanis in uirtute multa. Et dixit ad suos io-  
 nathas. Surgam et pugnem⁹ cōtra inimicos  
 nr̄os. n̄ ē enī hodie sicut heri et nudius  
 tertius. Ecce enim bellum ex aduerso.  
 aqua uero iordanis hinc et inde. et rīpe  
 et paludes et saltus. et non ē locus di-  
 uertendi. Hunc ḡ clamate in celum. ut  
 liberemini de manu inimicorū ur̄orum.  
 Et commissum est bellum. Et excendit  
 ionathas manū suā pcutere bachidem.  
 et diuertit ab eo retro. Et desiluit ionathas  
 et transinatuērunt ad eos iordanem. et  
 ceciderunt de parte bachidis die illa mil-  
 le uiri. et reuersi sunt iherl̄m. Et edificaue-  
 runt ciuitates munitas in iudea. muni-  
 tionem que erat in iericho. et in amma-  
 um. et in bechoro. & bechel. et thamma-  
 than. et phara. et thopho muris excel-  
 sis. et portis et seris. et posuit custodiam  
 in eis ut inimicitias exercerent in israhel.  
 Et muniuit ciuitatē beksuram. et gaza-  
 ra. et arcem. Et posuit in eis auxilia et ap-  
 paratum escarum. et accepit filios prin-  
 cipum regionis obsides. et posuit in arce  
 in iherl̄m. in custodia. **xxxviii.** **E**t anno  
 centesimo quinquagesimo tercio m̄se se-  
 cundo. precepit alchimus destruere muro  
 domus scē interioris. et destruere opera  
 ppbarum. et cepit destruere. In tempore  
 illo percussus est alchimus. et impedita  
 sunt opera illius. et obclusum est os ei.  
 et dissolutus est paralisi. nec ultra loq̄  
 potuit uerbum et mandare de domo  
 sua. Et mortuus ē in tempore illo alchi-

mus. cum tormento magno. Et uidit  
 bachides qm̄ mortuus ē alchimus. et reuē-  
 sus ē ad regem. et siluit terra annis duob⁹.  
 Et cogitauerunt oēs iniqui dicentes. Ecce io-  
 nathas et qui cum eo sunt in silentio habi-  
 tant confidentes. Hunc ergo adducamus  
 bachidem. et comprehendet eos omnes in  
 una nocte. Et abierunt et consilium ei  
 dederunt. et surrexit ut ueniret cum ex-  
 ercitu multo. et misit epistolas sociis  
 suis occulte qui erant in iudea. ut com-  
 prenderent ionathan et eos qui cum eo  
 erant. sed non potuerunt quia innotuit  
 eis consiliū eorum. Et apprehendit de  
 uiris regionis qui principes erant mili-  
 tiae quinquaginta uirōs. et occidit eos.  
 Et secessit ionathas et symon et qui cum  
 eo erant in bechbessē que est in deserto.  
 et extruxit diruta eius et firmauerunt  
 eam. Et agnouit bachides et congregauit  
 uniuersam multitudinē suā. et his qui  
 de iuda erant denunciavit. et uenit. et  
 castra posuit desup a bechbessē. et oppug-  
 nauit eam dies multos. et fecit machinā.  
**E**t reliquit ionathas symonē **xxxix.**  
 fr̄em suum in ciuitate. et exiit in regionē.  
 et uenit cum numero et percussit odaren  
 et fr̄es eius. et filios phaseroy in tabna-  
 culo ipsorū. et cepit cedere et crescere in  
 uirtutib⁹. Symon uero et qui cum ipso erant  
 exierunt de ciuitate. et succenderunt ma-  
 chinas et pugnauerunt contra bachidē.  
 et contritus ē ab eis. Et affluerunt eum  
 ualde. qm̄ consilium eius et congressus  
 eius erat inanis. Et iratus contra uiros  
 iniquos qui ei consilium dederant ut ut-  
 niret in regionē ipsorum. multos ex eis  
 occidit. Ipse autem cogitauit cū reliquis  
 abire in regionem suam. Et cognouit io-  
 nathas. et misit ad eum legatos compo-



neri cum ipso pacem. et reddere ei captiuitate. & libenter accepit. et fecit secundum uerba eius. et iurauit nichil se ei facturum mali omnibus diebus uite eius. Et reddidit ei captiuitatem quam prius erat p̄datus de terra iuda. Et conuersus abiit in terram suam. et non apposuit amplius uentre in fines eius. et cessauit gladius ex isrl. et habitauit ionathas in machmas. Et cepit ionathas ibi iudicare ppl̄m. et exterminauit impios ex isrl. **xxxvi.** **E**t anno centesimo sexagesimo. ascendit alexander antiochi filius qui cognominatus est nobilis. et occupauit p̄tholomaidam. et receperunt eum. et regnauit illic. Et audiuit demetrius rex et congregauit exercitum ualde copiosum. et exiit obuiam illi in prelium. Et misit demetrius ad ionathan epistolam uerbis pacificis. ut magnificaret eum. Dixit enim. Antiquus pacem facere cum eo. prius quam faciat cum alexandro aduersum nos. Recordabitur enim omnium malorum que fecimus ei. et in fratrem eius. et in gentem eius. Et dedit ei potestatem congregandi exercitum. et fabricare arma. et esse socium eius. et obsides quierant in arce iussit tradi ei.

**E**t uenit ionathas in iherlm. et legit **xxxvii.** epistolas in auditu omnis populi. et eorum qui erant in arce. Et timuerunt timore magno. quoniam audierunt quod dedit ei rex potestatem congregandi exercitum. Et tradita sunt ionathe obsides. et reddidit eos parentibus suis. Et habitauit ionathas in iherlm. et cepit edificare & inuolare ciuitatem. & dixit facientibus opera ut extruerent muros. & mortem syon in circuitu lapidibus quadratis admunitionem. Et ita fecerunt. Et fugerunt alienigeni qui erant inmunitionibus que edificauerat bachides. & reliquit unus

quisque locum suum. et abiit in terram suam. Tantum in bethsurā remanserunt aliqui ex his qui reliquerant legem et precepta dei. Erat enim hec eis ad refugium. **E**t audiuit alexander rex p̄missa **xxxviii.** que p̄misit demetrius ionathe. Et narrauerunt ei prelia et uirtutes quas fecit ipse et fratres eius. et labores quos laborauerunt. et ait. Numquid inueniemus aliquem uirum talem. Et nunc faciemus eum amicum et socium nostrum. Et scripsit epistolam. et misit ei secundum hec uerba dicens. Rex alexander. fratri ionathe. salutem. Audiuimus de te quod uir potens uiribus et aptus es. ut sis amicus nostrus. Et nunc constituimus te hodie summum sacerdotem gentis tue. et ut amicus uocaris regis. Et misit ei purpuram. et coronam auream. ut que nostra sunt sentias nobiscum. et conserues amicitias ad nos. Et induit se ionathas stolam sanctam. septimo mense anno centesimo sexagesimo in die sollempni scenophegie. et congregauit exercitum et fecit arma copiosa. **xxxix.** **E**t audiuit demetrius uerba ista. et contristatus est nimis et ait. Quid hoc fecimus quod preoccupauit nos alexander apprehendere amicitiam iudeorum. ad munimen suum. Scribam et ego illi uerba deprecatoria. et dignitates et dona. ut sit mecum in adiutorio. Et scripsit in hec uerba. Rex demetrius genti iudeorum salutem. Quoniam seruastis ad nos pactum. et mansistis in amicitia nostra. et non accessistis ad inimicos nostros. audiui uimus et gauisi sumus. Et nunc perseuerate adhuc conseruare ad nos fidem. et retribuemus uobis bona pro his que fecistis nobiscum. et remittemus uobis prestationes multas. et dabimus uobis donationes. Et nunc absoluo uos et omnes



uideos a tributis et precia salis indul-  
geo. et coronas remitto. et tercias semini  
et dimidiam partē fructus ligni quod ē  
portionis meę. et relinquo uobis ex hodi-  
erno et demceps ne accipiatur a terra iu-  
da. et a tribus ciuitatibus que addite sūt  
illi. ex samaria et galilea. ex hodierna die  
et in totum tempus. Et iherlm sit scā et li-  
bera cum finibus suis. et decime et tribu-  
ta ipsius sint. Remitto etiam potestatem  
areis que ē in iherlm. et do eam summo  
sacerdoti. ut constituat in ea uiros q̄scū  
q̄ ipse elegerit. qui custodiant eam. Et  
omnē animā uidorum que captiua ē a  
terra iuda in omni regno meo. relinquo  
liberam gratis. ut omnes a tributis sol-  
uantur. etiam pecorū suorū. Et om̄s dies  
sollemnes. et sabbata. et neomenie. et  
dies decreta. et tres dies ante diem sollemp-  
nem. et tres post diem sollempnē sint  
omnes immunitatis et remissionis om̄i-  
bus iudeis qui sunt in regno meo. et ne-  
mo habebit potestatem agere aliquid. et  
mouere negociū aduersus aliquē eorum  
in omni causa. Et ut asserbantur ex iu-  
deis in exercitu regis ad triginta milia ui-  
rorum. et dabuntur illis copie ut oportet  
omnib⁹ exercitib⁹ regis. et ex ipsis ordina-  
buntur qui sint immunitatib⁹ regis  
magni. et ex his constituentur sup nego-  
cia regni que aguntur ex fide. et princi-  
pes sint ex eis. et ambulent in legib⁹ suis  
sicut precepit rex in terra iuda. Et tres  
ciuitates que addite sunt iudeę ex regio-  
ne samarię cum iudea reputentur. ut  
sint sub uno. et n̄ obediant alię potesta-  
ti nisi summi sacerdotis. ptholomaidam  
et confines eius. quas dedi donum sc̄is q̄  
sunt in iherlm ad necessarios sumpt⁹ sc̄o-  
rum. Et ego singulis annis dabo quinde-

cum milia siclorum argenti de rationib⁹ regis.  
que me contingunt. Omne quod reliquū  
fuit quod non reddiderant qui sup negocia  
erant annis priorib⁹. ex hoc dabunt in opa  
domus. et sup hec quinq; milia siclorum  
argenti. que accipiebant de sc̄orum ratio-  
ne p̄ singulos annos. et hec ad sacerdotes  
p̄tineant qui ministerio funguntur. Et  
quicumque fugerunt in templum quod ē  
in iherlm. et in omnib⁹ finib⁹ eius. obnoxii  
regi in omni negotio. dimittantur. et uniu-  
sa que sunt eis in regno meo. libera habe-  
ant. et edificanda uel restitanda opa  
sc̄orum sumptus dabuntur de ratione  
regis. et ad construendos muros ihe-  
rusalem. et communiendos in circuitu sup-  
tus dabuntur de ratione regis. et ad con-  
struendos muros in iudea. Et audiuit  
autē ionathas & populus sermones istos.  
non crediderunt eis nec receperunt eos. q̄  
reordati sunt malicie magnę quā fecerat  
in iherlm. et tribulauerat eos ualde. Et compla-  
cuit eis in alexandriam. quia ipse fuerat q̄  
princeps sermonum pacis. et ipsi auxiliū  
ferebant omnibus diebus. **xxxv.** Et  
congregauit rex alexander exercitum mag-  
num. et adiuuauit castra ad demetriū. &  
commiserunt prelium reges. et fugit exer-  
citus alexandri. et sequutus ē eum deme-  
trius. et incubuit sup eos. Et inualuit p̄-  
lium nimis donec occidit sol. et cecidit  
demetrius in illa die. Et misit alexander  
ad ptholomeum regem egypti legatos. se-  
cundum hec uerba dicens. Quā ingressus  
sum in regnum meū. et sedi in sede patrum  
meorum. et optinui principatum. et con-  
trui demetriū. et possedi regionē nr̄am.  
et commisi cum eo pugnam. et contritus ē  
ipse et castra eius a nobis et sedimus in  
sede regni eius. Et nunc statuamus admi-



uicem amicitia et da m̄ filia tua uxorem. et  
 ero gener tuus. et dabo t̄ dona et dignitate.  
 Et respondit ptolomeus rex dicens. felix di  
 es in quo reuersus es ad terram patrum tu  
 orum. et sedisti in sede regni eoru. Et nunc  
 faciam t̄ que scripsisti. Sed occurre ptholo  
 maide. ut uideamus nos inuicem. et spon  
 deam t̄ sicut dixisti. Et exiit ptholomeus  
 de egipto ipse et cleopatra filia eius. et ue  
 nit ptholomaidē anno centesimo sexagesi  
 mo sexto. & occurrit ei alexander rex. et de  
 dit ei cleopatram filiam suam. et fecit nup  
 tias eius ptholomaidē. sicut reges in mag  
 na glā. Et scripsit rex alexander ionathe.  
 ut ueniret obuiam sibi. Et abiit cū glā  
 ptholomaidē. et occurrit ibi duobus re  
 gibus. et dedit illis argentū multū et au  
 rum et dona. et inuenit grām in conspe  
 ctu eorū. Et conuenerunt aduersus eum  
 uiri pestilentes ex isrl̄ uiri iniqui int̄pel  
 lantes aduersus eum. et n̄ intendit ad eos  
 rex. Et iussit spoliari ionathan uestim̄tis  
 suis. et indui eum purpura. Et ita fece  
 runt. Et collocauit eum rex sedere secū.  
 dixitq; principibus. Exite cum eo imme  
 dio ciuitatis. et predicate ut nemo int̄pel  
 let aduersus eum. de ullo negotio. nec quā  
 quam ei molestus sit de ulla ratione. Et  
 factum ē ut uiderunt qui interpellabant  
 glām eius que p̄dicabatur. et optum eū  
 purpura. fugerunt omnes. & magnifica  
 uit eum rex. et scripsit eum inter primos  
 amicos. et posuit eum ducem et participē  
 principatus. Et reuersus ē ionathas in  
 iberl̄m. cum pace et leticia. **xxxvi.** In  
 anno centesimo sexagesimo quinto. uenit  
 demetrius filius demetrii a creta in terrā  
 patrum suorū. Et audiuit alexander rex  
 et contristatus ē ualde. et reuersus est  
 antiochiam. & constituit demetrius ap

pollonum qui preerat celestis: et congrega  
 uit exercitum magnum. Et accessit ad iam  
 nam. et misit ad ionatham summum sacer  
 dotem dicens. Tu solus resistis nobis. Ego  
 autem factus sum in derisum et in obprobriū.  
 propterea quia tu potestate exeres aduersū  
 nos in montibz. Nunc ḡ si confidis uir  
 tibus tuis. descende ad nos in campū.  
 ut comparemus illic inuicem. quia mecum  
 est uirtus bellorū. Interroga et discce quis  
 sim ego. et ceteri qui auxilio sunt michi.  
 qui et dicunt quia n̄ potest stare pes ur̄  
 ante faciem nrām. quia bis in fugam con  
 uersifunt patres tui in terra sua. Et nunc  
 quomodo poteris sustinere equitatum. et  
 exercitum tantum in campo. ubi non est  
 lapis. neq; saxum. neq; locus fugiendi. Ut  
 audiuit autē ionathas sermones apolloni.  
 motus est animo. Et elegit decem milia iuro  
 rum. et exiit ab iberl̄m. et occurrit ei symon  
 frater eius in adiutorium. Et applicuerunt  
 castra in ioppen. et exclusit eum a ciuitate.  
 quia custodia apolloni in ioppe erat. et  
 oppugnauit eam. Et exterriti qui erant int̄  
 ciuitate apuerunt ei. et optinuit ionathas  
 ioppen. Et audiuit appollonius. Admouit  
 tria milia equitū. et exercitum multū. et abi  
 it azotum tanquā iter faciens. et statim  
 exiit in campū. eo quod haberet multū  
 dinem equitum. et consideret in eis. & in se  
 quitus ē eum ionathas in azotum. et p̄  
 lium commiserunt. Et reliquit apollonius  
 in castris mille equites post eos occulte.  
 Et cognouit ionathas qm̄ sunt insidii post  
 se. et circueuerunt castra eius a mane usq;  
 ad uespam. Populus autē stabat sicut pre  
 cepit ionathas. et laborauerunt equi eorū.  
 Et cecit symon exercitum suum. et commi  
 sit contra legionē. equites enim fatigati  
 erant. et contra sunt ab eo et fugerunt.



Et qui dispersi sunt in campum fugerunt in azotum et intraverunt in bechdagon. ydolum suum ut se liberarent. Et succendit ionathas azotum et ciuitates que erant in circuitu eius. et accepto spolia eorum et templum dagon et eos qui fugerunt in illud succendit igni. Et fuerunt qui ceciderunt gladio cum his qui succensi sunt. fere octo milia uirorum. **xxxv.** Et mouit inde ionathas castra. et applicuit ea ascalona. Et exierunt de ciuitate obuiam illi in magna gloria. et reuersus est ionathas in iherusalem cum suis habentibus spolia multa. Et factum est ut audiuit alexander sermones istos. addidit adhuc glorificare ionathan. Et misit ei fibulam auream. sicut est consuetudo dari cognatis regum. et dedit ei accaroy. et omnes fines eius in possessionem. **xxxviii.** Et rex egypti congregauit exercitum sicut harenam que est circa horam maris. et naues multas. et querebat optinere regnum alexandri. dolo. et addere illud regno suo. Et exiit in syriam uerbis pacificis. et apuebant ei ciuitates et occurrerunt ei. quia mandauerat alexander rex exire ei obuiam eo quod socer eius esset. Cum intraret autem ciuitatem ptholomeus. ponebat custodias militum in singulis ciuitatibus. Et ut appropiauit azoto. ostenderunt ei templum dagon succensum. et azotum. et cetera eius demolita. et corpora preta. et eorum qui celi erant in bello tumulos quos fecerat secus uiam. et narrauerunt regi quia hec fecit ionathas. ut uiuidiam facerent ei. Et tacuit rex. Et occurrit ionathas regi in ioppen cum gloria. et inuicem se salutauerunt. et dormuerunt illic. Et abiit ionathas cum rege usque ad flumen qui uocatur cleitherus. et reuersus est iherusalem. Rex autem ptholomeus obtinuit

dominium ciuitatum usque seleuciam martyma. et cogitabat in alexandri consilia mala. et misit legatos ad demetrium dicens. Veni componamus inter nos pactum. et dabo tibi filiam meam quam habet alexander. et regnabis in regno patris tui. Penituit enim me. quod dederim illi filiam meam. Quesiuit enim me occidere. Et uicupauit eum. propterea quod concupierat regnum eius. Et abstulit filiam suam. et dedit eam demetrio. et abalienauit se ab alexandro. et manifeste facte sunt inimicitie eius. Et intrauit ptholomeus antiochiam. et imposuit duo diademata capiti suo. egypti. et asie. **xxxviii.** Ptholomeus autem rex erat in ciuita illis temporibus. quia rebellabant qui erant in locis illis. Et audiuit alexander. et uenit ad eum in bello. et produxit ptholomeus rex exercitum. et occurrit ei in manu ualida et fugauit eum. et fugit alexander in arabiam ubi ibi pregeretur. Rex autem ptholomeus exaltatus est. Et abstulit gaddiel arabs caput alexandri. et misit ptholomeo. Et rex ptholomeus mortuus est in die tertia. Et qui erant in munitationibus. pierunt ab his qui erant in castris. et regnauit demetrius anno centesimo sexagesimo septimo. **xli.** In diebus illis congregauit ionathas eos qui erant in iudea ut expugnarent artem que est in iherusalem. et fecerunt contra eam machinas multas. Et abierunt quidam qui oderant gentem suam uiri migui ad regem. et reuinciauerunt ei quod ionathas obsideret artem. Et ut audiuit inatus est. et statim uenit ptholomaida. et scripsit ionathe ne obsideret. sed occurreret illi ad colloquium festinato. Ut audiuit autem ionathas iussit obsidere. et elegit de senioribus israel et de sacerdotibus. et dedit se periculo. Et tulit aurum et argentum et



uestem et alia xena multa. et abiit ad regē  
 ptholomaidē. et inuenit grām in conspectu  
 eius. et interpellabant aduersus eum qui-  
 dam iniqui ex gente sua. Et fecit ei rex sic  
 fecerat qui ante ipsum fuerat. et exaltauit  
 eum ante conspectu omnium amicorum eius.  
 et statuit ei principatum sacerdotii. et quecūq;  
 alia habuit prius preciosa. et fecit eū princi-  
 pem amicorum. Et postulauit ionathas a  
 rege ut inuicē faceret iudeā tres thopar-  
 chias. id est et samariā. Et promisit ei talen-  
 ta trecenta. Et consensit rex. Et scripsit io-  
 nathas epistolas de his omnibus. hunc  
 modum continentēs. Rex demetrius iona-  
 the frī salutē. et genti iudeorum. Exemplū  
 epistole quā scripsimus lasthēni parenti  
 nro de uobis. misimus ad uos ut sciretis.  
 Rex demetrius lasthēni parenti salutem.  
 bene iudeorum amicis nris. et conseruan-  
 tibus que uista sunt apud nos decreuim⁹  
 bene facere. ppter benignitatem ipsorum  
 quā organos habent. Statuimus g̃ illis  
 omnes fines iudee et tres ciuitates iuddā.  
 et tamathe que addite sunt iudee ex sama-  
 ria. et omnes fines earū sequēstra omnib⁹  
 sacrificantib⁹ in iherosolimis. pro his que ab eis  
 rex accipiebat p̃ p̃ singulos annos. et pro  
 fructib⁹ terrę et pomorum. et alia que ad nos  
 pertinebant decimarū et tributorum. ex hoc  
 tempore remittimus eis. Et areas salina-  
 rum. et coronas que nobis deferebantur  
 omnia ipsis concedimus. et nichil horū  
 uitium erit ex hoc et in omne tempus.  
 Hunc g̃ curate facere horum exemplum.  
 et datur ionathę. et ponatur in monte scō  
 in loco celebri. Et uidit demetrius rex qđ  
 siluit terra in conspectu suo. et nichil ei  
 restaret. dimisit exercitum suū unūquēq;  
 in locum suum. excepto peregrino exercitu.  
 quē traxit ab insulis gentium. et inimici

erant ei omnis exercitus patrum eius. **xli.**  
**T**rison autē erat quidam paruus alexan-  
 dri p̃nuus. et uidit qm̃ omnis exercitus mur-  
 murat contra demetriū. et exiit ad emacu-  
 el arabem qui nutrebat antiochum filium  
 alexandri. et affidebat ei ut traderet eum  
 ipsi. ut regnaret loco patris sui. Et muncia-  
 uit ei quanta fecit demetrius. et inimici-  
 as exercituum eius aduersum illum. et man-  
 sit illic dieb⁹ multas. Et misit ionathas ad  
 demetrium regem ut eiceret eos qui in arce  
 erant in iherosolim et qui in presidijis erant. qđ  
 impugnabant isrl. Et misit demetrius ad  
 ionathan dicens. Non hec tantum faciam  
 tibi et genti tue. sed glā illustrabo te et gen-  
 tem tuam cum fuerit oportunum. Nunc  
 g̃ recte feceris. similesis uisus in auxilium. qđ  
 discessit omnis exercitus meus. Et misit ei io-  
 nathas tria milia uirorum fortium antiochi-  
 am. et uenerunt ad regem. et delectatus ē rex  
 in aduentu eorum. Et conuenerunt qui erant  
 de ciuitate centum uiginti milia uirorum.  
 et uolebant interficere regem. Et fugit rex in au-  
 lam. et occupauerunt qui erant de ciuitate  
 itinera ciuitatis. et ceperunt pugnare. Et  
 uocauit rex iudeos in auxilium. et conuene-  
 runt omnes simul ad eum. et dispersi sunt  
 omnes p̃ ciuitatē. Et occiderunt in illa die  
 centum milia hominum. et succiderunt  
 ciuitatē. et ceperunt spolia multa in illa  
 die. et liberauerunt regem. Et uiderunt  
 qui erant de ciuitate quod optinissent ui-  
 dei ciuitatē sicut uolebant. et infirmati sūt  
 mente sua. et clamauerunt ad regem cum p̃-  
 cibus dicentes. Da nobis dexteras. et cessent  
 iudei oppugnantes nos et ciuitatem. Et  
 p̃ceperunt arma sua. et fecerunt pacem. Et  
 glificati sunt iudei in conspectu regis. et in  
 conspectu omnium qui erant in regno eius.  
 et nominati sunt in regno. et regressi sunt in



iberlm habentes spolia multa. Et sedit demetrius rex in sede regni sui. et siluit terra in conspectu eius. Et merittus ē omnia quecūq; dixit. et abalienauit se ab ionatha. et n̄ retribuitt ei scđm beneficia que sibi tribuerat. et uocabat eum ualde. **XLII.** **P**ost hec autem reuersus ē trifoy. et antiochus cum copuer' adolescens. et regnauit et inposuit sibi diadema. Et congregati sunt ad eum om̄s exercitus quos disperat demetrius. et pugnauerunt contra eum. et fugit et terga uertit. Et accepit trifoy bestias. et optinuit antiochiam. **XLIII.** **E**t scripsit antiochus adolescens ionathę dicens. Constituo tē sacerdotium. et constituo te sup quatuor ciuitates. ut sis de amicis regis. Et misit illi uasa aurea. et ministerium. Et dedit ei potestatem bibendi in auro. et esse in purpura. et habere fibulam auream. Et symonem fr̄m eius constituit ducē āterminis yri usq; ad fines egypti. Et exiit ionathas et pambulabat trans flumen ciuitates. et congregatus ē ad eum omnis exercitus syrie in auxilium. Et uenit ascalonem. et occurrerunt eide ciuitate honorifice. Et abiit inde gazam. et concluderunt se qui erant gaze. et obsedit eam. et succendit que in circuitu erant ciuitatis. et p̄datus ē eam. Et rogauerunt gazenses ionathan et dedit illis dextram. et accepit filios eorum obfides. et misit illos in iherlm. et pambulauit regionē usq; damascum. **XLIII.** **E**t audiuit ionathas quia p̄uacati sunt principes demetrii in chades que est in galilea cum exercitu multo. uolentes eū remouere a negotio regni. et occurrit illis. fr̄m autē suum symonē. reliquit intra prouinciam. Et applicuit symonem ad bethsurā. et expugnabat eam diebus multis. et concludit eos. Et postulauerunt ab eo dext̄s

accipere. et dedit illis. et cecit eos inde. Et cepit ciuitatē et posuit in ea presidium. Et ionathas et castra eius applicuerunt ad agm̄ genesar. et ante lucē uigilauerunt in campo asor. Et ecce castra alienigenarum occurrerunt in campo. et tendebant ei insidias in montib'. Ipse autē occurrit. et aduerso. Infidie uero exurrerunt de locis suis. et commiserunt preliū. Et fugerunt qui erant ex parte ionathę omnes. et nemo relictus est ex eis nisi mathathias filius. absalomi. et uidas filius calphi. princeps militie exercitus. Et scidit ionathas uestimenta sua. et posuit terram in capite suo. et orauit. et reuersus ē ad eos in preliū. Et conuerat illos. et pugnauerunt. Et uiderunt qui fugiebant parcas illius. et reuersi sunt ad eum. et insecubant eum eo usq; ad chades. ad castra sua. et puenerunt usq; iluc. Et ceciderunt de alienigenis in die illa tria milia uiroy. et reuersus ē ionathas in iherlm. **XLV.** **E**t uidit ionathas quia tempus eum ueniat. elegit uiros et misit roma statueret et renouare cum eis amicitiam. et ad sparchas et alia loca misit epistolas scđm eandē formā. Et abiit in romam. et intrauerunt curiam et direxit. Ionathas summus sacerdos et gens iudeoy miserunt nos. ut renouetis amicitiam et societatem scđm pristmā. Et dederunt illis epistolas ad ipsos p̄ loca. ut deducerent eos in terram iuda cum pace. Et hoc exemplum epistolarum quas scripsit ionathas sparchas. Ionathas summus sacerdos et seniores gentis. et sacerdotes et reliquus populus iudeorum. sparchas fratribus salutē. Jam pridem misse erant epistole ad om̄ia summū sacerdotē a dano q̄ regnabat apud uos. qm̄ estis fr̄s n̄r̄i. Et rescriptum continet quod subiectū est. Et



P.

uertum. uenit ad maximū et sc̄ssimum  
templum. et sacerdotibus solitas hostias  
offerentib⁹ iussit sibi tradi uirū. **L.**

**Q**uibus cum iuramento dicentib⁹ nescire  
se ubi eēt qui querebatur. extendens manū  
ad templū iurauit. Hui⁹ michi uinctū iudā  
tradideritis. istud di fanum in plantam  
deducam. et altare effodiā. et templum  
hoc libero patri consecrabo. Et his dictis  
abit. Sacerdotes autē p̄tendentes manū  
in celū. inuocabant eū qui semper p̄pugna-  
tor eēt gentis ipsorū. hec dicentes. Tu dicit



univerſitatis qui nullius indiges. uoluiti  
 templum habitationis tue fieri in nobis.  
 Et nunc ſcē ſcōrum omnū dñe conſerua meē  
 nim impollitā domū iſtam que iuper  
 mundata eſt. **LII.** **R**azias au  
 tē quidam de ſenioribus ab iheruſolimis  
 delatus ē nicanor uir amator ciuitatis  
 & bene audiens. qui p affectu pater iudeorū  
 appellabatur. hic multis temporib⁹ conti  
 nentis ppoſitum tenuit in iudaſimo corp⁹  
 q̄ et animā tradere content⁹ p pſeuerantia.  
 Volens autē nicanor maſteſtare odium  
 quod habebat in iudeos. miſit milites qñ  
 gentos ut eum comp̄henderent. Puta  
 bat enim ſi illum decepiſſet. ſe cladem  
 maximam iudeis illaturum. Turbis autē  
 irruere domum eius. et ianuā diſtumpere  
 atq; ignē admouere cupientibus. cū iam  
 comp̄henderetur. gladio ſe petiit. eligens  
 nobilitate mori potius. quā ſubdit⁹ fieri pec  
 catorib⁹. et contra iurales ſuos indignis in  
 iurijs agi. Sed cum pfeſtinationē n̄ certo  
 ſcū plagam dediſſet. et turbe ultra oſtia ir  
 rumperent. recurrens audact⁹ ad murum  
 precipitauit ſanctiſſimum uiriliter iur̄bas.  
 Quib⁹ uelociter locum dantib⁹ caſui eius.  
 uenit p mediā ceruicē. Et cum adhuc ſpira  
 ret. accenſis animis ſurrexit. cum et ſanguis  
 eius magno fluxu deſlueret. ſancus curſu  
 turbam p̄tranſiit. et ſtans ſup petram qñ  
 dam p̄ruptam. etiam ex ſanguis effectus.  
 complexus uentura ſua utriſq; manibus  
 p̄ceat ſup turbas. inuocans dominatorem  
 uitę ac ſp̄s ut hec illi iterū redderet. atq;  
 ita uita deſunctus ē. **LIII.** **N**ica  
 nor autē ut comperit iudam eē in locis ſa  
 mare. cogitauit die ſabbati cum omni  
 impetu committere. Iudeis ū qui illum  
 p̄neceſſitate ſequebant⁹ dicentib⁹ ne ita  
 ferociter et barbarte feceris ſed honore tri

bue diei ſanctificationis. et honora eū qui  
 unuerſa conſpicit. At ille infelix interro  
 gauit. ſi ē potens in ſcō. qui imperauit agi  
 diem ſabbatorum. Et reſpondentib⁹ illis.  
 eſt dñs uiuus ipſe in celo potens qui uiffit  
 agi ſeptimam diem. At ille ait. & ego potēs  
 ſum ſup terram. qui impero ſumi arma. et  
 negocia regiſ impleri. Tamen n̄ optauit ut  
 conſilium p̄ficeret. Et nicanor quidē cum  
 ſumma ſupbia erectus. cogitauerat cōmune  
 trophæum ſtatuere de iuda. Machabeus autē  
 confidebat ſemp cum omni ſpe auxiliū ſibi a  
 deo aſſuturum. et hortabatur ſuos ne formi  
 darent aduentum nationum. ſed in mente  
 haberent adiutoria ſibi facta de celo. et nē  
 ſperarent ab omnipotente aſſuturam ſibi  
 uictoriam. Et alloquitur illos de lege et p  
 phetis. ammonens etiam certaminum que  
 fecerant prius. promptiores eos conſtituit.  
 et ita animis eorum erectis. ſimul oſtendens  
 gentium fallaciā. et iuramentorum p̄uancatio  
 nem. Singulos autē illoꝝ armauit n̄ clipei  
 et haſte munitione. ſed ſermonib⁹ optimis  
 et hortationib⁹ expoſito digno fidei omnium  
 ſomnio. p quod unuerſos leſificauit. Erat  
 autē huiuſmodi uifus. omam qui fuerat  
 ſumm⁹ ſacerdos. uirum bonū et benignū.  
 uerecundū uifū. modēſtū morib⁹ et eloquio  
 decorum. et qui a puero in uirtutibus exerci  
 tatus ſit. manus p̄tendentem orare p omī  
 populo iudeorum. Poſt hec apparuiſſe et  
 aliū uirū. etate et glā mirabilē. et magni  
 decoris habitudine circa illum. reſponden  
 tē uero omam dixiſſe. Hic eſt fratruſ amator  
 et populi iſrl. hic ē qui mutuum orat p p̄lo  
 et unuerſa ſcā ciuitate iheruſimas p̄pheta  
 dei. Extendiſſe autē iherenuā dexteram.  
 et dediſſe iude gladiū aureum dicens. Accipe ſcā  
 gladium munus a dō. in quo  
 decies aduerſarios ppli mei iſrl. **LIII.**



**E**xhortati itaq; uide sermonibus bonis ualde. de quib; extolli possit impetus. et animi iuuenum confortari. statuerunt dimicare atq; confligere fortiter. ut uirtus de negociis iudicaret. eo quod ciuitas sc̄a. et templū periclitaretur. Erat enim p̄ uiribus et filiis. itemq; p̄ fr̄ibus et cognatis. minor sollicitudo. maximus uero et primus p̄ sc̄itate timor erat templi. Sed et eos qui in ciuitate erant. in minima sollicitudo habebat. p̄ his qui congressi erant. Et cū iam omnes sperarent iudiciū futurum hostesq; adesse. atq; exercitus eēt ordinatus. bestie equitesq; oportuno in loco compositi. considerant machabeus aduentū multitudinis. et apparatus uarū armorū. ac ferocitatē bestiarum. extendens manus in celū. prodigia facientem dñm inuocauit. qui nō sc̄dm armorū potentia. sed p̄ ut ipsi placet dat dignus uictoriam. Dixit autē inuocans hoc modo. Tu dñe inuisti anḡlm tuum sub ezechia rege uide. et inuicisti de castris semmaberib centum octoginta quinque milia. Et nunc dominator celorum mitte anḡlm tuum bonum ante nos in timore et tremore magnitudinis brachii tui. ut metuant qui cum blasphemiam ueniunt aduersus sc̄m pplm tuū. Et hic quidem ita porauit. Nicanor autē et qui cum ipso erant. cum tubis et canticis ammouebant. Judas uero et qui cum eo erant. inuocato dō p̄ orationes congressi s̄t. Manu quidem pugnantēs. sed et cordibus dominū orantes. P̄strauerunt non minus triginta quinque milia. p̄sencia dī magnifice delectati. Cūq; cessassent et cum gaudio redirent. cognouerunt nicanorē ruisse cum armis suis. Facto itaq; clamore et p̄turbatione excitata. patria uoce omnipotentē dñm benedicebant. **L. v. P**recepit autem iudas qui p̄ omnia corpore et animo

mon p̄ ciuib; parat' erat. caput nicanoris et manū cum humero abscisam iherosolimā p̄ferri. Quo cum peruisset. conuocatis contribulib; et sacerdotibus ad altare accersit et eos qui in arte erant. et ostenso capite nicanoris et manu nefaria quā extendens contra domum sc̄am omnipotentis dī magnifice glorificatus ē. linguam etiam impi nicanoris p̄scisam. iussit paruculam aubus dari. manum autē dementis contra templum suspendi. Omnes igitur celi dñm benedixerunt dicentes. benedictus qui locum suū incontaminatum conseruauit. Suspendit autē nicanoris caput in summa arte. cū dēns ut eēt et manifestum signū auxiliij dei. Itaq; om̄s communī consilio decreuerunt nullomodo diem istum absq; celebritate p̄terire. Habere autē celebritatem tercia decima die mensis adar. quod dicitur uoce syriaca pridie mardochei die. Et sicut trā uida dies paucos. Igitur his erga nicanorē ita gestis. et ex illis temporibus ab hebreis ciuitate possessa. ego quoq; in his finem faciam sermonis. Et siquidē bene ut hystorie compectit. et ipse uellem si autē minus digne concedendum ē michi. Sicut enim unū semp bibere. aut semp aquā contrarium ē. alterius autem uti delectabile. ita legendibus si semp exaratus sit sermo. nō erit ut ingratus. Sic ḡ erit consummatus. gr̄as deo semp p̄ omnia sc̄la seculorum. **A. o. e. s.**

**I**ncipit p̄log' beati iheronimi  
p̄bri in ezechiele p̄phetā.  
**Z**ECHIE  
p̄pha aī iochim rege iuda  
captiuus ductus ē in ba  
bylonē. ibiq; his qui cū  
eo captiui ducti fuerant  
p̄phetauit penitentib; quod ad iheremie  
uaticiniū se ultro aduersarijs ec̄clidissent.



et uiderent adhuc urbem iherosolimam sta-  
 re. quam ille casuram esse predixerat. Tri-  
 cesimo autem etatis sue anno et captiuitatis  
 quinto. et orsus ē ad concipituros loqui. et  
 eodem tempore licet posterior hic in chaldaea  
 iheremias in uidea pphetauerunt. Sermo  
 aut nec satis discretus nec ad modum rusticus  
 ē. sed ex utroq; medie temporatus. Sacerdos  
 et ipse sicut iheremias. principia uoluminis  
 et finem magnus habens obscuritatis inuo-  
 luta. Sed et uulgata eius editio. n̄ multū  
 distat ab hebræico. Unde satis miror quid  
 cause extiterit. ut si eosdem in uniuersis libris  
 habemus interpretes. in alijs eadem. in alijs  
 diuersa transulerunt. Legite igitur et h̄c  
 iuxta translationē nr̄am. quia p̄cola sc̄pt̄  
 et commata. manifestiore sensum legentib;  
 tribuit. Si autē amici mei et hunc subsan-  
 nauerunt. dicetis eis quod nemo eos compel-  
 lat ut scribant. Sed uereor ne illud eis eue-  
 niat. quod grece significantius dicitur ut uo-  
 cetur. <sup>fragilior</sup> φάτο αἰαόπιό. hoc est mandu-  
 cans senectas. **In c i p i t**



**Eze chiel ppha. —  
 T. FACCV.**

est in tricesimo anno.  
 in quarto <sup>mensis</sup> in quinta  
 mensis cum essem  
 in medio captiuorū  
 iuxta flumē chobar.  
 p̄ta sunt celi. et ui-  
 siones d̄i in quinta mensis. ipse est  
 annus quinte transmigrationis regis ioachi.  
 Et factum ē uerbu d̄ni ad ezechielem filiū  
 uiri sacerdotē in terra chaldeorū. secus flu-  
 men chobar. Et facta ē sup eum ibi man-  
 dū. Et uidi. et ecce uentus turbatus uenie-  
 bat ab aquilone. et nubes magna. et ignis  
 inuoluens. et splendor in circuitu eius. et  
 de medio eius quasi species electri. id est

de medio ignis. et ex medio eorum similitu-  
 do quatuor animalium. et hic aspectus  
 eorum. Similitudo hominis erat in eis.  
 Et quatuor facies uni. et quatuor penne  
 uni. Et pedes eorum pedes recti. et plan-  
 ta pedis eorum quasi planta pedis utuli.  
 et sentille quasi aspectus eris candentis.  
 et manus hominis sub pennis eorum in qua-  
 tuor partibus. Et facies et pennas p̄ qua-  
 tuor partes habebant. usqueq; erant pen-  
 ne eorum alterius ad alterum. Non reuer-  
 tebantur cum incederent. sed unūquodq;  
 eorum. ante faciem suam gradiebatur. Si-  
 militudo autē uultus eorū. facies hominis  
 et facies leonis a dextris ipsorum quatuor.  
 facies autē bouis a sinistris ipsorum qua-  
 tuor. et facies aquile desup ipsorū quatuor.  
 Et facies eorum. et penne eorum. extente de-  
 sup. Dux penne singulorum uingebantur.  
 et dux tegebant corpora eorum. et unūquodq;  
 eorum coram facie sua ambulabat. Vbi  
 erat impetus sp̄s. illuc gradiebantur. nec  
 reuertebantur cum ambularent. Et similitu-  
 do animalium aspectus eorū. quasi carbo-  
 num ignis ardentū. et quasi aspectus lā-  
 padarum. Hec erat uisio discurrens in me-  
 dio animalū. splendor ignis. et de igne  
 fulgur egrediens. Et animalia ibant et  
 reuertebantur. in similitudine fulgure  
 choruscantis. Cumq; aspicerem animalia.  
 apparuit rota una sup terram iuxta ani-  
 malia. habens quatuor facies. et aspectus  
 rotarum. et opus earum quasi uisio ma-  
 ris. et una similitudo ipsarum quatuor.  
 et aspectus earum et opera q̄si si sit rota  
 in medio rote. Et quatuor partes earum  
 euntes ibant. et n̄ reuertebantur cum am-  
 bularent. Statua quoq; erat rotis. et al-  
 titudo. et horribilis aspectus. et totum  
 corpus plenum oculis in circuitu ipsarum



quatuor. Cumq; ambularent animalia. ambulabant pariter et roge iuxta ea. et cum eleuarent animalia de terra. eleuabatur simul et roge. Quocumq; ibat sp̄c. illuc eunte sp̄c et roge pariter leuabant sequentes eum. sp̄c enim iuxta erat in rotis. Cum euntibus ibant. et cum stantibus stabant. et cum eleuatis a terra pariter eleuabant et roge sequentes ea. quia sp̄c iuxta erat in rotis. Et similitudo sup capita animalium firmamenti. quasi aspectus cristalli horribilis. et exenti sup capita eorum desup. Sub firmamento autē penne eorum recte. alterius ad alterum. Vnum quodq; duab; alis uelabat corp; suum. et alterum similiter uelabatur. Et audiebam sonum alarum. quasi sonum aquarū multarum. quasi sonum sublimis dei. Cum ambularent quasi sonus erat multitudinis. ut sonus castrorum. Cumq; starent. dimittebantur penne eorū. Nam cum fieret uox sup firmamentum quod erat sup caput eorum. stabant et summebant alas suas. Et sup firmamentum quod erat imminens capiti eorum. quasi aspectus lapidis saphiri. similitudo throni. et sup similitudinē throni. similitudo quasi aspectus hominis desup. Et uidi quasi speciem electri. uelut aspectum ignis intrinsecus eius p̄ circuitum a lumbis ei; et desup. et a lumbis eius usq; deorsum. uidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu uelut aspectus arcus cum fuerit in nube in die pluuie. Hic erat aspectus splendoris p̄ girum. Hec uisio similitudinē gl̄e dñi. Et uidi et cecidi in faciē meam. et audiui uocem loquentis. et dixit ad me. fili hominis. Ita supra pedes tuos. et loquar tecum. Et ingressus est in me sp̄c postquam loquutus ē michi. et sta-

tuit me supra pedes meos. et audiui loquentem ad me et dicentem. fili hominis. mitto ego te ad filios isrl. ad gentes apostatitices que recesserunt a me. Patres eorum preuacati sunt pactum meum. usq; ad diem hāc. et filij dura facie et indomabili corde sunt. ad quos ego mitto te. et dices ad eos. Hec dicit dñs d̄s. si forte uel ipsi audiant. et si forte quiescant. quia domus exasperans est. et faciat quia ppheta fuerit in medio eorum. Tu ergo fili hominis ne timeas eos. neq; sermones eorum metuas. qm̄ increduli et subuersores sunt tecum. et cum scorpionibus habitas. Verba eorū ne timeas. et uultus eorū ne formides. quia domus exasperans ē. loqueris ergo uerba mea ad eos. si forte audiant et quiescant. qm̄ irritatores sunt. Tu autem fili hominis audi quecumq; loquor ad te. et noli ēē exasperans. sicut domus exasperans est. Aperi os tuum. et comede quecumq; ego do tibi. Et uidi. et ecce manus iussa ad me. in qua erat inuolutus liber. et exprobat illum coram me. qui erat scriptus uisus et foris. et scripte erant in eo lamentationes. et carmen. et ue. Et dixit ad me. fili hominis. quodcumq; inueniens comede. comede uolumen istud. et uadens loquere ad filios isrl. Et aperui os meū. et cibauit me uolumine illo. et dixit ad me. fili hominis. uenter tuus comedet. et uiscera tua complebuntur uolumine isto quod ego do tibi. Et comedi illud. et factum ē in ore meo sicut mel dulce. Et dixit ad me. fili hominis. uade ad domum isrl. et loquens uerba mea ad eos. Non enim ad populum pfundi sermonis et ignote lingue tu mittens ad domum isrl. neq; ad populos multos pfundi sermonis et ignote lingue. quorū n̄ possis audire sermones. Et si ad illos



mitteris. ipsi audiant te: domus autē  
 isrl' noluit audire te. quia noluit audire  
 me. Omnis quippe domus isrl' attrita  
 fronte est: et duro corde. Ecce dedi faciem  
 tuam ualentiorē faciebus eorum: et fron  
 tem tuam duriorē frontib' eorum. Ut  
 adamantem et ut silecem: dedi faciē tuā.  
 Ne timeas eos neq; metuas a facie eorum:  
 quia domus exasperans est. Et dixit ad me.  
 fili hominis: omnes sermones meos quos  
 loquor ad te assume in corde tuo et aurib'  
 tuis audi. et uade ingredi ad transmigra  
 tionem ad filios populi tui. et loqueris  
 ad eos. et dices eis. hec dicit dñs dñs: si  
 forte audiant et quiescant. Et assumpsit  
 me sp̄s. et audiui post me uocē commo  
 tionis magne. benedicta glā domini de  
 loco suo. et uocē alarū animalū peccati  
 tuum alteram ad alteram. et uocē rotarū  
 sequentium animalia: et uocem commo  
 tionis magne. Sp̄s quoq; leuauit me et  
 assumpsit me: et abi' amarus indigni  
 tatione sp̄s inq;. Manus enim dñi erat me  
 cum: confortans me. Et ueni ad transmi  
 grationē ad aceruum nouarum frugum.  
 ad eos qui habitabant iuxta flumē chobar:  
 et sedi ubi illi sedebant: et mansi ibi septē  
 diebus merens in medio eorum. Cum autē  
 p̄transissent septem dies: factum ē uerbū  
 dñi ad me dicens. Fili hominis. speculato  
 rem dedi te domui isrl': et audies de ore  
 meo uerbum. et annunciaabis eis ex me.  
 Si dixerit me ad impiū morte morieris.  
 n̄ annunciaueris ei. neq; loquut' fueris  
 ut auertatur a uia sua impia et uiuat.  
 ipse impius in iniquitate sua mouetur:  
 sanguinē autē eius de manu tua requirā.  
 Si autē tu annunciaueris impio. et ille  
 n̄ fuerit conuersus ab impietate sua et a  
 uia sua impia. ipse quidem in iniquitate sua

mouetur: tu autē animā tuā liberaſti. Sed  
 et si conuersus iustus a iusticia sua fecerit  
 iniquitatē: ponā offendiculum coram eo.  
 Ipse mouetur quia n̄ annunciaſti ei. In pec  
 cato suo mouetur: et non erunt in memo  
 ria iusticie eius quas fecit: sanguinē uero  
 eius de manu tua requirā. Si autē tu an  
 nunciaueris iusto ut n̄ peccet iustus. et ille  
 non peccauerit: uiuens uiuet quia nunci  
 aſti ei: et animam tuam liberaſti. Et facta ē  
 sup me manus dñi: et dixit ad me. Sur  
 gens egredere in campū: et ibi loquar tecū.  
 Et surgens: egressus sum in campū. Et ec  
 ce ibi glā dñi stabat quasi glā quā uidi  
 iuxta flumē chobar: et cecidi in faciem  
 meam: et ingressus ē in me sp̄s. et statuit  
 me supra pedes meos: et loquut' est michi  
 et dixit ad me. Ingredere: et includere in me  
 dio domus tui. Et tu fili hominis. ecce data  
 sunt uincula sup te. et ligabunt te in eis.  
 et non egredieris in medio eorum: et linguā  
 tuam adherere faciam palato tuo. et eris  
 mutus. nec quasi uir obiurgās: quia dom'  
 exasperans ē. Cum autē loquutus fuero t'  
 ap̄iam ostium: et dices ad eos. hec dicit  
 dñs dñs. Qui audit audiat. et qui quies  
 cit quiescat: quia domus exasperans ē.  
 Et tu fili hominis. fume tibi laterē. et po  
 nes eum coram te: et describes in eo ciuita  
 tem iherlm. et ordinabis aduersū eam ob  
 sitionē. et edificabis muntiones. et com  
 portabis aggerem: et dabis contra eam  
 castra. et pones arietes in giro. Et tu su  
 me tibi sartaginē ferreā et pones eā murū  
 ferreum inter te et inter ciuitatē: et obfir  
 mabis faciem tuā ad eam. et erit in obſi  
 dionē. et circumdabis eam. Signum est  
 domui isrl'. Et tu dormies sup lauis tuū  
 sinistram. et pones iniquitates domus  
 isrl' sup eo. numero dierū quib' dormies



sup illud: et assumes iniquitates eorum.  
 Ego autē dedi tibi annos iniquitatis eorū  
 numero dierum trecentos et nonaginta  
 dies: et portabis iniquitatē domus isrl̄.  
 Et cum compleueris hec. dormies sup lat̄  
 tuum dextrum secundo: et assumes ini-  
 quitatē domus iuda quadraginta dieb⁹.  
 Diem p̄ anno: diem inquam p̄ anno dedi  
 tibi. Et ad obsidionē iherl̄m conuerteris  
 faciem tuam. et brachium tuum erit ex-  
 tentum: et pphabis aduersum eam. Ecce  
 circumdedi te uinctis: et n̄ te conuerteris  
 a latere tuo in latus aliud. donec comple-  
 as dies obsidionis tue. Et tu sume tibi  
 frumentum et ordeum. et fabam. et lentē  
 et milium. et uiciam. et nuxes ea in ual-  
 unum: et facies t̄ panes. numero dierū  
 quibus dormies sup latus tuum. Tre-  
 centis nonaginta dieb⁹ comedes illud.  
 Cibis autem tuis quo uesceris. erit in pon-  
 dere uiginti stateres in die. A tempore  
 usq; ad temp⁹ comedes illud: et aquam in  
 mensura bibes. sextam partem hin. A tem-  
 pore usq; ad tempus bibes illud. et quasi  
 submericum ordeaceum comedes illud:  
 et stercore qd̄ egreditur de homine opies  
 illud in oculis eorum. Et dixit dñs. Sic  
 comedent filii isrl̄ panem suū pollutū:  
 inter gentes ad quas eiciam eos. Et dixi.  
 A. a. a. dñe d̄s. Ecce anima mea non est  
 polluta. et morticinum et laceratum  
 a bestijs n̄ comedi ab infamia mea usq;  
 nunc: et non ē ingressa in os meū om̄s  
 caro immunda. Et dixit ad me. Ecce dedi  
 tibi simū boum p̄ stercoreb⁹ humanis:  
 et facies panē tuū meo. Et dixit ad me.  
 fili hominis. ecce ego conterā baculū  
 panis in iherl̄m. et comedent panem in  
 pondere et in sollicitudine. et aquam in  
 mensura et in angustia bibent. ut defici-

entibus pane et aqua. corruat unusquisq;  
 ad fr̄m suum: et contabescant in iniquita-  
 tibus suis. Et tu fili hominis sume tibi gla-  
 dium acutum radentem pilos. et assumes  
 eum et duces p̄ caput tuum et p̄ barbam  
 tuam: et assumes tibi stateram ponderis  
 et diuides eos. Terciam partem igni com-  
 bures in medio ciuitatis. iuxta completo-  
 nem dierū obsidionis: et assumes terciam  
 partē concides gladio in circuitu eius. ter-  
 ciam ū aliam dispoges in omnē uentū. et  
 gladium nudabo post eos. et sumes inde  
 panium numerū. et ligabis eos in summi-  
 tate palli tui. et ex eis rursum tolles et p-  
 icies in medio ignis. et combures eos ig-  
 ni: et ex eo egredietur ignis in omnē do-  
 mū isrl̄. Hec dicit domin⁹ d̄s. Ista est iheru-  
 salem. In medio gentiū posui eam. et in  
 circuitu eius terras: et contempsit iudicia  
 mea. ut plus eēt impia quam gentes. et  
 precepta mea ultra quam terre que in cir-  
 cuitu eius sunt. Iudicia enim mea prece-  
 rit: et in preceptis meis non ambulauerunt. Id-  
 circo hec dicit domin⁹ deus. Quia supera-  
 stis gentes que in circuitu ur̄o sunt. in p-  
 ceptis meis non ambulastis. et iudicia  
 mea non fecistis. et iuxta iudicia gentiū  
 que in circuitu ur̄o sunt non estis opati:  
 ideo hec dicit domin⁹ deus. Ecce ego ad te.  
 et egypte faciā in medio tui iudicia in ocy-  
 lis gentiū: et faciā in te que n̄ feci. et qb⁹  
 similia ultra n̄ faciā. ppter om̄s abhomi-  
 nationes tuas. Idcirco patres comedent  
 filios in medio tui. et filij tui comedent pa-  
 tres suos: et faciā in te iudicia. et uentila-  
 bo uniuersas reliquias tuas in omnē uen-  
 tum. Idcirco uiuo ego dicit dñs d̄s. p̄ eo qd̄  
 sc̄m meum uolastis. iom̄ib⁹ offensionibus  
 tuis. et in omnib⁹ abhominacionib⁹ tuis:  
 ego quoq; confringam. et n̄ parceat oculus



meus neque miserebor. Tercia pars tui peste  
mouetur: et fame consumetur in medio tui:  
et tertia pars tui gladio cadet in circuitu  
tuo. Terciam uero partem tuam in omnem  
terram dissipabo. et gladium euaginato  
post eos: et compleam furorem meum. et  
requiescere faciam indignationem meam in  
eis: et consolabor. Et sciet quia ego dominus lo-  
quutus sum in zelomeo. cum impleuero  
indignationem meam in eis: et dabo te in  
desertum. et in opprobrium gentibus que  
in circuitu tuo sunt. in conspectu omnis  
pretereuntis. Et erit opprobrium et blas-  
phemia. exemplum et stupor in gentibus  
que in circuitu tuo sunt. cum fecero in te  
iudicia in furore et in indignatione et in  
inceptionibus uix. ego dominus locutus sum.  
quando misero sagittas famis pessimas in  
eos. que erunt mortifere. et quas mittam ut  
dissipem uos. et congregabo famem super uos.  
et conteram in uobis baculum panis. et im-  
mittam in uos famem. et bestias pessimas  
utque ad interitionem. et pestilentia et san-  
guis transibunt per uos. et gladium iudicium  
super te. ego dominus locutus sum. **E**t factus  
est sermo domini ad me dicens. fili hominis. po-  
ne faciem tuam ad montes israel. et prophe-  
tabis ad eos et dices. Montes israel: audite  
uerbum domini. hec dicit dominus deus montibus  
et collibus. rupibus et uallibus. Ecce ego  
inducam super uos gladium. et dissipabo ex-  
celsa uestra. et demoliar aras uestras. et confrin-  
gentur simulachra uestra. et deiciam inter fe-  
ditos uestris ante ydola uestra. et dabo cadauera  
filiorum israel ante faciem simulachrorum ue-  
strorum. et dissipabo ossa uestra circum aras  
uestras in omnibus habitationibus uestris. Ur-  
bes deserere erunt. et excelsa demolientur  
et dissipabunt. et interibunt arx uestra et con-  
fringentur. et cessabunt ydola uestra. et con-

terentur delubra uestra. et delebuntur opera  
uestra. et cadent interfecti in medio uestris: et sciet  
quia ego dominus. Et relinquam in uobis eos qui  
fugerunt gladium in gentibus cum disperse-  
ro uos in terris: et recitabuntur mei libe-  
rati uestris in gentibus ad quas captiui ducti  
sunt. quia contritum cor eorum. fornicans  
et recedens a me. et oculos eorum fornican-  
tes post ydola sua. Et displicebunt sibi met-  
suis que fecerunt in uniuersis abho-  
minationibus suis: et scient quoniam ego dominus non  
frustra loquutus sum. ut facerem eis malum  
hoc. hec dicit dominus deus. Percute manum tuam.  
et allide pedem tuum. et dic heu ad omnes  
habitationes malorum domus israel. quia  
gladio. fame. et peste ruitum sunt. Quia lon-  
ge est peste mouetur. qui autem prope gladio  
conuertet. et qui relictus fuerit et obsessus. fa-  
me mouetur. et compleam indignationem  
meam in eis. et scietis quia ego dominus. cum  
fuerint interfecti uestris in medio ydolorum uestrorum  
in circuitu ararum uestrarum in omni colle excel-  
so. et in cunctis summitatibus montium. et sub-  
tus omne lignum nemorosum. et subter uniuersam  
quercum frondosam. locum ubi accen-  
derunt thura. redolentia in uniuersis ydo-  
lis suis. Et extendam manum meam super eos.  
et faciam terram desolatam et desertam.  
a deserto deblatam in omnibus habitationi-  
bus eorum: et sciet quia ego dominus.  
**E**t factus est sermo domini ad me dicens. Et tu  
fili hominis. hec dicit dominus deus terre israel. fi-  
nis uenit. finis uenit. super quatuor plagas  
terre. Hunc finis super te. Et emittam furorem  
meum inter te. et iudicabo te iuxta uias tuas.  
et ponam contra te omnes abhominatio-  
nes tuas. et non parceret oculus meus super  
te et non miserebor. Sed uias tuas ponam  
super te. et abhominaciones tue erunt in  
medio tui. et scietis quia ego dominus.



Hec dicit dñs dñs. Afflictio una. afflictio  
 ecce uenit: finis uenit. uenit finis: Qui  
 glauit aduersum te: ecce uenit. uenit cō  
 tritio sup te qui habitas in terra: uenit tē  
 pus. prope ē dies occasionis. et n̄ glē monti  
 um. Hunc de p̄p̄m̄ quo effundam iram meā  
 sup te. et completam furorē meum in te. et  
 iudicabo te iuxta uas tuas: et imponam  
 tibi omnia scelera tua. et non parces ocl̄s  
 meus neq; miserebor. sed uas tuas imponā  
 tibi et abhominaciones tuę in medio tui  
 erunt: et scietis quia ego sum dñs peccatis.  
 Ecce dies. ecce uenit. egressa ē contritio. flouit  
 uirga. germinauit supbia. iniquitas  
 surrex̄ in uirga impietatis. Non ex eis et  
 non ex populo. neq; ex sonitu eorum. et n̄  
 erit requies in eis. Venit tempus: appro  
 pinquauit dies. Qui erit non letetur: et  
 qui uendit n̄ lugeat. quia ira sup omnem  
 populum eius. Quia qui uendit ad id qđ  
 uendidit non reuertetur: et adhuc in iuuen  
 tibus uita eorum. Visio enim ad omnem  
 multitudinē eius non regredietur: et uir  
 in iniquitate uite sue non confortabitur.  
 Canite tuba. preparentur omnes: et non ē  
 qui uadat ad prelium. Ira enim mea. sup  
 uniuersum populum eius. Gladius fons:  
 pestis et fames in insecus. Qui in agro ē gla  
 dio mouetur: et qui in ciuitate pestilentia. et  
 fame deuorabuntur: et saluabunt̄ qui fuge  
 rint ex eis. et erunt in montibus quasi colum  
 be conuallium: omnes trepidi unusquisq;  
 in iniquitate sua. Omnes manus dissoluent̄.  
 et omnia genua fluent aquis. et accingent  
 se ciliis. et opiet eos formido: et in omni fa  
 cie confusio. et in uniuersis capitibus eorum  
 caluitiū. Argentum eorum fons picietur:  
 et aurum eorum erit in sterquilinum. Ar  
 gentum eorum et aurum eorum: non uale  
 bit liberare eos in die furoris dñi. Animan

suam non saturabunt. et uentres eorum non  
 implebuntur: quia scandalum iniquitatis  
 eorum factum ē. et ornamenta moniliū suorū  
 in supbiam posuerunt: et imagines abho  
 minationum suarū et simulachrorum fecerunt  
 ex eo. Propter hoc dedi eis illud in  
 immunditiam. et dabo illud in manus alie  
 norum ad diripiendū. et impis terre in pre  
 dam et contaminabunt illud: et auertam  
 faciem meā ab eis. et uiolabunt archanum  
 meum: et intrabunt in illud emissari. et  
 contaminabunt illud. Fac conclusionem.  
 qm̄ terra plena ē iudicio sanguinum: et ci  
 uitas plena iniquitate. Et adducam pesti  
 mos de gentibus. et possidebunt domos  
 eorum: et quiescere faciam supbiā potentium.  
 et possidebunt sanctuaria eorum. An  
 gustia supueniente requirunt pacē. et non  
 erit. Conturbatio sup conturbationē uenit.  
 et auditus sup auditum. et querent uisionē  
 de propheta et non erit. et lex p̄bit a sacerdote.  
 et consilium a senioribus. Rex lugebit. et p̄  
 ceptus induetur merore: et manus populi eorū  
 conturbabuntur. Sedm̄ iram eorū. faciam  
 eis. et sedm̄ iudicia eorum iudicabo eos: et  
 scient quia ego dñs. **E**t factum ē in an  
 no sexto. in sexto mense. in quinta mensis: ego  
 sedebam in domo mea. et senes iuda sedebant  
 coram me: et cecidit sup me ibi manus dñi  
 dei. Et uidi. et ecce similitudo quasi aspectus  
 ignis. ab aspectu lumborum eius et decursus  
 ignis: et a lumbis eius et sursum quasi as  
 pectus splendoris. ut uisio electri. Et emissā  
 similitudo manus apprehendit me. in cantic  
 no captas me: et eleuauit me sp̄s int̄ terram  
 et celum. et adduxit in iherl̄m̄ in uisione dñi.  
 iuxta ostium interius quod respiciebat ad  
 aquilonē. ubi erat statutum ydolum zeli.  
 ad puocandam emulationē. Et ecce ibi gl̄a  
 dei isti. sedm̄ uisionē quam uiderā in cāpo:



et dixit ad me. fili hominis: leua oculos tuos  
ad mam aquilonis. Et leuaui oculos meos  
ad mam aquilonis: et ecce ab aquilone porte  
altaris ydolum zeli in ipso introitu: et dixit  
ad me. fili hominis: putasne iudei tu quid  
isti faciunt. abhominaciones magnas quas  
domus isrl' facit hic: ut peul recedam a  
sanctuario meo. Et adhuc conuersus: uide  
bis abhominaciones maiores. Et introduxi  
me ad hostium atriu: et uidi et ecce foram  
unum in pariete: et dixit ad me. fili hominis:  
fode parietem. Et cum pfodissem parietem: ap  
paruit ostium unu. Et dixit ad me. Ingre  
dere: et uide abhominaciones pessimas qs  
isti faciunt hic. Et ingressus uidi: et ecce  
omnis similitudo reptilium et animalium.  
abhominatio. et uniuersa ydola domus isrl'  
depicta erant in pariete in circuitu portu.  
et septuaginta uiri de senioribz domus isrl'  
& ihecbomas filius saphan. stabat in medio  
eoru stantium ante picturas: et unusquisq;  
habebat thuribulum in manu sua. et uapor  
nebule de thure consurgebat. Et dixit ad me.  
Certe uides fili hominis que seniores domi  
isrl' faciunt in tenebris: unusquisq; in absco  
dito cubilis sui. Dicunt enim. Non uidet  
nos dñs: dereliquit dñs terrā. Et dixit ad  
me. Adhuc conuersus. uidebis abhomi  
naciones maiores quas isti faciunt. Et intro  
dixit me p ostium porte domi domini.  
quod respiciebat ad aquilonē: et ecce ibi  
mulieres sedebant plangentēs ad omidē.  
Et dixit ad me. Certe uidisti fili hominis.  
Adhuc conuersus uidebis abhominaciones  
maiores his. Et introduxi me i atrium domi  
dñi interius: et ecce in ostio templi dñi int  
uestibulum et altare. quasi iugata quinq;  
uiri dorsa habentes contra templū domini.  
et facies ad orientem et adorabant ad ortū  
solis. Et dixit ad me. Certe uidisti fili hominis.

Numquid leue ē hoc domui uida ut facerent  
abhominaciones istas quas fecerunt hic: qā  
repletes terram iniquitate conūsi sunt ad  
irritandum me. Et ecce applicant ramū  
ad nares suas. Ergo et ego faciam in furore:  
n̄ parceret oclis meus nec miserebor. Et cū  
clamauerint ad aures meas uoce magna:  
non exaudiam eos. Et clamauit in auribus  
meis uoce magna dicens. Appropinqua  
uerunt uisitaciones urbis: et unusquisq;  
uas infectionis habet in manu sua. Et ecce  
sex uiri uocabant de uia porte superioris que  
respicit ad aquilonē: et uniuersusq; uas  
interitus in manu eius. Vir quoq; unuf  
in medio eorū. uestitus lineis. et accimenta  
rium scriptoris ad renes eius: et ingressi  
sunt et steterunt iuxta altare. circum. et glā  
dñi isrl' assumpta ē de cherub. que erat  
sup eum ad limen domus: et uocauit uirū  
qui indutus erat lineis. et accimentariū  
scriptoris habebat in lumbis suis. et dixit  
dominus ad eum. Transi p mediā ciuitatē  
in medio iherlm. et signa thau sup fronte  
uirorum. genituum et doloctū super  
cunctis abhominacionibz que fiunt in ue  
dio eius. Et illis dixit audiente me. Tran  
sire p ciuitatē sequentes eum: et peccate.  
Non parcat oculus ur̄: neq; misereamini.  
Senem. et adolescentulum. et uirginē. par  
uulum et mulieres inflicite: usq; ad inter  
uentionē. Omne autē sup quē uidetas thau  
ne occidatis: et a sanctuario meo incipite.  
Ceperunt ḡ a uiris senioribz qui erant ante  
faciem domus. Et dixit ad eos. Contamina  
te domum. et implete atria interfectis:  
et egredimini. Et egressi sunt: et peccate  
bant eos qui erant in ciuitate. Et cede cō  
pleta: remansi ego. ruyq; sup faciē meā. et  
clamans aio. Heu heu. heu dñe deus:  
Ergo ne dispedes omnes reliquias israel.



effundens furore tuum sup iherlm. Et  
 dixit ad me. Iniquitas domus isrl et iuda-  
 magna e nimis ualde. et repleta est terra  
 sanguinibus. et ciuitas repleta e auersione.  
 Dixerunt enim. Dereliquit dñs terrā. et  
 dñs non uidet. Igitur et meus non parceret  
 oculus neq; miserebor. nam eoz sup caput  
 eoz reddā. Et ecce uir qui indutus erat line-  
 is. qui habebat atramentariū in dorso suo.  
 respondit uerbū dicens. Feci sicut p̄cepisti  
 michi. Et uidi et ecce infirmitate quod  
 erat sup caput cherubin quasi lapis saphir.  
 et quasi species similitudinis solij apparuit  
 supra. Et dixit ad uirū q̄ indut⁹ erat lineis.  
 et ait. Ingredere in medio rotarū q̄ s̄t sub cheru-  
 bin. et imple manū tuā prius igni q̄ s̄t int̄ che-  
 rubin. et effunde sup ciuitatē. Ingessq; e in con-  
 spectu meo. Cherubi autē stabāt a dext̄s domi cū  
 ingrederetur uir. Et nubes impleuit atrium  
 interi⁹. et eleuata e glā dñi sup cherubin ad  
 limen domus. et repleta e dom⁹ nube. et  
 atrium impletū est splendore glē domini.  
 Et sonitus alarum cherubin audiebāt usq;  
 ad atrium exterius. quasi uox di omnipoten-  
 tis loquentis. Cumq; precepisset uirō qui in-  
 dutus erat lineis dicens. Sume ignē de me-  
 dio rotarū que sunt inter cherubin. ingress⁹  
 ille stetit iuxta rotam. Et extendit cherub  
 manum de medio cherubin ad ignē q̄ erat  
 int̄ cherubin. et sumpsit et dedit in manū  
 eius qui indutus erat lineis. Qui accipies.  
 ingressus ē. Et apparuit in cherubin simi-  
 litudo manus hominis sub pennis eoz.  
 Et uidi. et ecce quatuor rote iuxta cherubin.  
 rota una iuxta cherubin unū. et rota alia  
 iuxta cherubin unū. Species autē erat ro-  
 tarum. quasi uisio lapidis crisoliti. Et as-  
 pectus earum similitudo una quatuor. et  
 quasi sicut rota in medio rote. Cumq; am-  
 bularent. in quatuor partes gradiebant.

Non reuertebantur ambulantes. sed ad lo-  
 cum ad quē ire declinabat que prima erat.  
 sequebantur et ceterę nec conuertebantur.  
 et omne corpus earū et colla et manus. et  
 pedes et circuli. plena erant oculis in circu-  
 itu quatuor rotarū. et rotas istas uocant  
 uolubiles audiente me. Quatuor autē fa-  
 cies habebat unū. facies una facies cherub.  
 et facies scda facies hominis. et in tertio  
 facies leonis. et in quarto facies aquilę. Et  
 eleuata sunt cherubin. ipsum ē animal qd  
 uideram iuxta flumiū chobar. Cumq;ambu-  
 larent cherubin ibant pariter et rote iuxta  
 ea. Et cum eleuarent cherubin alas suas ut  
 exaltarentur a terra. non residebant rote.  
 sed et ipsę iuxta erant. Stantibus illis sta-  
 bant. et cum eleuatis eleuabantur. Sp̄c e  
 nim uir erat in rotis. Egressa ē glā ali-  
 mine templi. et stetit sup cherubin. et eleuan-  
 tia cherubin. alas suas. exaltata sunt a tra-  
 coram me. et illis egredientibus rote quoq;  
 subsequente sunt. Et stetit in introitu portę  
 domus dñi orientalis. et glā deusrl erat  
 sup ea. Ipsum ē animal quod uidi subter  
 deum isrl iuxta fluum chobar. et intel-  
 lecti quia cherubin eēt. Quatuor p̄ quatuor  
 uultus uni. et quatuor ale uni. et similitu-  
 domanus hominis sub alis eorum. et simili-  
 tudo uultuum eoz. ipsi uultus q̄s uideram  
 iuxta flumiū chobar. et intus eorum.  
 et impetus singulorū ante faciem suam  
 ingredi. Et eleuauit me sp̄c et introduxit  
 me ad portam domus dñi orientalem. que  
 respicit solis ortum. et ecce in introitu portę  
 iugum uiri. et uidi in medio eorū. ihechomā  
 filium azur. et fetcham filium banaię  
 principes populi. dixitq; ad me. fili homi-  
 nis. huius qui cogitant iniquitatē et  
 tractant consiliū pessimū in urbe ista.  
 dicentes. Nonne dudum edificatę s̄t domi.



Hec est lebes: nos autē carnes. Idcirco uacua  
 cinare de eis: uaciuare fili hominis. Et ir-  
 ruit in me sp̄s dñi. Et dixit ad me. loquere.  
 hec dicit dñs. Sic loquut̄ estis filij domus  
 isrl̄. et cogitationes cordis ur̄i ego noui.  
 plurimos occidistis in urbe hac: et imple-  
 stis uias eius interfectis. p̄pterea hec dicit  
 dñs d̄s. Interfecti ur̄i quos posuistis in medio  
 eius hi sunt. Hec sunt carnes: et hec ē lebes.  
 Et educam uos de medio eius. Gladium me  
 tuistis. et gladium inducā sup uos. ait dñs  
 d̄s. Et eriam uos de medio eius. daboq; uos  
 in manus hostium. et faciam in uobis uidi-  
 cia. Gladio cadetis. in simbo isrl̄ iudicabouo:  
 et scietis quia ego dñs. Hec non erit uobis in  
 lebetem: et uos n̄ eritis in medio ei in carnes.  
 In simbus isrl̄ iudicabo uos. et scietis quia ego  
 dñs. quia in p̄ceptis meis non ambulastis.  
 et iudicia mea n̄ fecistis. sed iuxta iudicia  
 gentium que in circuitu ur̄o sunt estis ope-  
 rati. Et factum est cum p̄phetarem: felchias  
 filius banaie mortuus ē. Et cecidi in faciem  
 meam clamans uoce magna. et dixi. Heu  
 heu dñe d̄s. Consummationē tu fac  
 reliquiarum isrl̄. **E**t factum ē uerbu  
 domini ad me dicens. fili hominis: fr̄es  
 tui fr̄es tui. uiri propinqui tui. et omnis  
 domus isrl̄. uniuersi quibus dixerunt ha-  
 bitatores iherlm̄ longe recessit a dño. nob̄  
 data est terra in possessionē. p̄pterea hec  
 dicit dñs d̄s. Quia longe feci eos in gentib̄  
 et quia dispersi eos in terris. et uos estis in sanctifi-  
 cationē modicam in terris ad quas uenerit.  
 p̄pterea loquere. hec dicit dñs d̄s. Congre-  
 gabo uos de populis. et adunabo de terris  
 in quibus dispersi estis. daboq; uobis humū  
 isrl̄. Et ingredientur illuc et auferent om̄s  
 offensiones cunctasq; abominaciones eius  
 de illa. et dabo eis cor̄ unum. et sp̄m nouū  
 tribuam in uiscerib; eorum: et auferam

cor lapideum de carne eorum. et dabo eis  
 cor carneum. ut in p̄ceptis meis ambulent  
 et iudicia mea custodiant faciantq; ea. Et  
 sint michi in populum. et ego sim eis in  
 deum. Quorum cor post offendicula et ab-  
 hominationes suas ambulabat: horum  
 uiam in capite suo ponam dicit dñs d̄s.  
 Et eleuauerunt cherubin alas suas et rote-  
 cum eis: et gl̄a dñi isrl̄ erat sup ea. Et as-  
 cendit gl̄a dñi de medio ciuitatis. stetitq;  
 sup montē qui ē ad orientē urbis: et sp̄s  
 leuauit me adduxitq; me in caldeā ad t̄m  
 migrationem in uisione sp̄s d̄i. Et sublata ē  
 a me uisio quam uideram: et loquutus  
 sum ad transfugationē omnia uerba dñi.  
 que ostenderat michi. Et factus ē sermo  
 dñi ad me dicens. fili hominis. in medio  
 domus gasparis tui habitas. qui oculos  
 habent ad uidentū et non uident. et aures  
 ad audiendum et n̄ audiunt: quia domus  
 gasperans ē. Tu ergo fili hominis fac tibi  
 uasa transfugationis. et transfugabis p̄  
 diem coram eis: transfugabis autē de lo-  
 co tuo ad locum alterum in conspectu eorū:  
 si forte aspiciant quia domus gasperans ē.  
 Et efferes foras uasa tua. quasi uasa trans-  
 migrantis p̄ diem in conspectu eorum: tu  
 autē egredieris uespere coram eis. sicut eg-  
 ditur migrans. Ante oculos eorum p̄fode  
 tibi parietem: et egredieris p̄ eam in con-  
 spectu eorū. In humeris portaberis. in ca-  
 ligine effereis. facie tuam uelabis et n̄  
 uidebis ciuitatem. quia portentum dedi te  
 domui isrl̄. feci ḡ sicut p̄cepit michi.  
 Vasa mea p̄tuli quasi uasa transfugan-  
 tis p̄ diem. et uespere p̄fodi michi parie-  
 tem manu. in caligine ingressus sum. et  
 in humeris portatus in conspectu eorū.  
**E**t factus ē sermo dñi ad me mane di-  
 cens. fili hominis: numquid n̄ dixerunt



ad te domus isrl. domus gaspans: quid tu facis? Dic ad eos. Hec dicit dñs deus. Sup ducem onus istud qui ē in iherlm. et sup omne domum isrl. que ē in medio eorū hic. Ego portentum ur̄m quomodo feci: sic fiet illis. In transmigrationē et in captiuitatem ibunt. et dux qui ē in medio eorum in humeris portabitur. in caligine egrediet. Parietem pfodient ut educant eum: facies eius opietur. ut n̄ uideat oclis terram. Et extendam rete meum sup illum. et capiet in sagena mea: et adducam eum in babilone in terram chaldeorū. et ipsam n̄ uidebit: ibiq; morietur. et om̄s qui circa eū sunt. Prefidia eius et agmina eius dispagam in omne uentum. et gladium euaginato post eos: et scient quia ego dñs quando dispero illos in gentibus: et disseminauero eos interris. Et relinquam ex eis uiros paucos a gladio. et fame. et pestilentia. ut narrent omnia scelera eorum in gentibus ad quas in gredientur: et scient quia ego dñs. **E**t factus ē sermo dñi ad me dicens. fili hominis: panem tuum in conturbatione comede. sed et aquam tuā in festinatione et merore bibe: et dices ad populum terre. Hec dicit dñs d̄s. ad eos qui habitant iherlm in terra israhel. Panem suum in sollicitudine comedent. et aquā suam in desolatione bibent. ut desoletur terra a multitudine sua. ppter iniquitatem omnium qui habitant in ea. et ciuitates que nunc habitantur desolate erunt terrarū: deserta: et scietis quia ego dñs. **E**t factus ē sermo dñi ad me dicens. fili hominis: quod est puerbū istud uobis in terra isrl dicentium. in longum diffent dies: et p̄bit omnis uisio. Ideo die ad eos. hec dicit dñs d̄s. Quiescere faciam uerbum istud: neq; uulgo dicitur ultra in isrl. Et loquere ad eos: quod appropin-

quauerunt dies. et sermo omnis uisionis. Non enim erit ultra omnis uisio casta. neq; diuinitio ambigua in medio filiorū isrl. quia ego dñs loquar quodcumq; loquutus fuero uerbu et fiet. Non plongabitur amplius sed in diebus ur̄is domus gaspans. loquar uerbum et faciam illud. dicit dñs d̄s. Et factus ē sermo dñi ad me dicens. fili hominis: ecce domus isrl dicentū. Uisio quā hic uidet. in dies multos. et in tempora longa iste pphetat. Propterea die ad eos. Hec dicit dñs deus. Non plongabitur ultra omnis sermo meus: uerbum quod locutus fuero complebitur. dicit dñs d̄s. Et factus ē sermo dñi ad me dicens. fili hominis: uaticinare ad pphetas isrl qui pphetat: et dices pphantibus de corde suo. Audite uerbum dñi. Hec dicit dñs d̄s. Ve pphetas insipientib;: qui sequuntur sp̄m suum. et nichil uident. Quasi uulpes in desertis. pphete tu isrl erant. Non ascenditis et aduerso neq; opposuistis murum p domo isrl: ut staretis in prelio in die domini. Vident uana et diuinant mendacium. Dicentes. ait dñs. cum dñs non miserit eos: et p̄serauerunt confirmare sermoneum. Numquid n̄ uisionē castam uidistis. et diuinationē mendacē loquuti estis: et dicitis ait dñs. cum ego non sim locutus. Propterea hec dicit dñs d̄s. Quia loquuti estis uana. et uidistis mendacium. ideo ecce ego ad uos ait dñs d̄s. et erit manus mea sup pphetas qui uident uana et diuinant mendacium. In concilio populi mei non erunt. et in scriptura domus isrl n̄ scribentur: nec in terra isrl ingredient: et scietis quia ego dñs d̄s. Coquod deceperunt pplm meū dicentes. pax et non ē pax. et ipse edificabat parietē. ipsi autē linebant eum luto absq; paleis: dicit ad eos.



qui linunt absq; temperatura: quod casu-  
 rus sit. Erunt enim ymber mundans. et da-  
 bo lapides pregrandes desup ruentes. et  
 uentum pcellē dissipantē. Siquidem ecce  
 cecidit paries. Numquid n̄ dicitur uobis:  
 ubi est litura quā linistis? Propt̄ea hec  
 dicit dñs d̄s: Et erumpere faciam sp̄m  
 tempestatum in indignatione mea. et  
 ymber mundās in furore meo erit. et lapi-  
 des grandes in ira in consummationem:  
 et destruam parietē quē linistis absq;  
 temperamento. et adequabo eum terri.  
 et reuelabitur fundamentum eius et cadet.  
 et consummetur in medio eius. et scietis q̄a  
 ego sum dñs. **E**t complebo indignationē  
 meam in parietē. et in his qui linunt eū  
 absq; temperamento: dicamq; uobis. Nō  
 est panes. et n̄ sunt qui linunt eum p̄ph̄e-  
 t̄a israel. qui p̄phetant ad iher̄s̄m. et uident  
 euersionē pacis. et n̄ est pax. ait dñs deus.  
 Et tu fili hominis. pone faciē tuā contra  
 filias populi tui que p̄phetant de corde  
 suo: et uaticinare sup eas et dic. Hec dicit  
 dñs d̄s. **V**e qui consuunt puluillos sub  
 omni cubitu manus. et faciunt cervicali-  
 a sub capite uniuersę etatis ad capien-  
 das animas. Cum caperent animas po-  
 puli mei uiuificabant animas eorum.  
 et uolabant me ac populū meū propt̄  
 pugillum ordei. et fragmen panis. ut  
 interficerent animas que non mouent.  
 et uiuificarent animas que n̄ uiuunt.  
 mententes populo meo credenti menda-  
 cis. Propt̄ hoc hec dicit dñs d̄s. **E**cce  
 ego ad puluillos uros quib; uos captis ani-  
 mas uolantes. et dirumpam eos de bra-  
 chijs uris. et dimittam animas quas  
 uos captis. animas ad uolandum: et  
 dirumpam cervicalia uia. et liberabo  
 ppl̄m meū de manu uia. neq; erunt

ultra in manib; uestris ad predandum/  
 et scietis quia ego dñs. p̄ eo quod merere  
 fecistis cor iusti mendaciter. quē ego non  
 contristau. et confortastis manus impi-  
 ut non reuenteretur a uia sua mala et ui-  
 ueret. p̄pt̄ea uana non uidebitis. et diui-  
 nationes non diuinabitis amplius. et  
 etiam populū meum de manu uia. et  
 scietis quia ego dñs. **E**t uenerunt ad me  
 uiri seniorū isrl. et sederunt coram me.  
 Et factus ē sermo dñi ad me dicens. **F**ili  
 hominis. uiri isti posuerunt immundi-  
 tias suas in cordib; suis. et scandalum  
 iniquitatis sue statuerunt contra faciē  
 suam. Numquid interrogatus responde-  
 bo eis? Propt̄ hoc loquere eis: et dices  
 ad eos. **H**ec dicit dñs d̄s. **H**omo homo de  
 domo isrl qui posuerit immunditias suas  
 in corde suo. et scandalum iniquitatis sue  
 statuerit contra faciē suam. et uenerit ad  
 p̄phetam interrogans p̄ eum me. ego dñs  
 respondebo ei in multitudine immundici-  
 arum suarum. ut capiatur domus isrl in  
 corde suo. quo recesserunt a me in cunctis  
 ydolis suis. Propt̄ea dic ad domum isrl  
**H**ec dicit dñs d̄s. **C**onuertimini et recedite  
 ab ydolis uis. et ab uniuersis contaminati-  
 onibus uis auertite facies uis: quia ho-  
 mo homo de domo isrl et de p̄sclis qui  
 cumq; aduena fuerit in isrl. si alienatus  
 fuerit a me. et posuerit ydola sua in corde  
 suo. et scandalum iniquitatis sue statuerit  
 contra faciem suā. et uenerit ad p̄phetam  
 ut interroget p̄ eum me: ego dñs respon-  
 debo ei p̄ me. et ponam faciem meam sup  
 hominē illum et faciam illum in exemplū  
 et in p̄teritum. et disperdam eum de medio  
 populi mei. et scietis quia ego dñs. **E**t pro-  
 pheta cum errauerit et loquutus fuerit  
 uerbum. ego dñs decepi p̄pham illum

xliii



et extendam manum meā sup eum. et delebo eum de medio populi mei isrl' et portabit iniquitatē suam. Juxta iniquitatem interrogantis. sic iniquitas pph̄e erit. ut non erret ultra domus isrl' a me. neq; polluatur in uniuersis p̄uancationibus suis: sed sit michi in populum et ego sim illi in deum. ait dñs exercituum. **E**t factus ē sermo domini ad me dicens: fili hominis: terra cum peccauerit michi ut preuaricetur preuaricans. extendam manum meam sup eam. et conteram uirgā panis eius. et immittam in eam famē et interficiam de ea hominē et uidentū. Et si fuerint tres uiri isti in medio eius. noe. daniel. et iob: ipsi iusticia sua liberabunt animas suas: ait dñs exercituum. Quod si et bestias pessimas induxero sup terram ut uastem eam. et si fuerint in uia. eo quod non sit p̄transiens p̄pter bestias: tres uiri isti qui fuerint in ea uiuo ego dicit dñs d̄s. quia nec filios nec filias liberabunt. sed ipsi soli liberabuntur: terra autē desolabitur. Vel si gladium induxero sup illam terram. et dixerō gladio transi p̄ terram. et interfecero de ea hominē et iumentum. et tres uiri isti fuerint in medio eius: uiuo ego dicit dñs d̄s. n̄ liberabunt filios neq; filias. sed ipsi soli liberabuntur: Si autē et pestilentiam immiserō sup terrā illam. et effudero indignationē meā sup eam in sanguine. ut auferam ex ea hominem et iumentum. et noe. et daniel. et iob fuerint in medio eius: uiuo ego dicit dñs d̄s. quia non liberabunt filii et filia. sed ipsi iusticia sua liberabunt animas suas: qm̄ hec dicit dñs d̄s. Quod si et q̄ tuorū iudicia mea pessima. gladium et famem. et bestias malas. et pestilentiam misero in iherl̄m ut interficiam de ea ho-

dit ad ostium portae que uertit ad aquilonem duae mensae. et ad latus alterum ante uestibulum portae duae mensae. quatuor mensae hinc et quatuor mensae inde. per latera portae octo mensae erant. super quas immolabant. Quatuor autem mensae ad holocaustum de lapidibus quadratis extructae. longitudine cubiti unius et dimidii. et latitudine et altitudine cubiti unius. super quas ponant uasa in quibus immoletur holocaustum et uictima. et labia earum palmi unius. reflexa intrinsecus per circuitum. Super mensas autem carnes oblationis. et extra portam interiore. gazophylacia cantorum. in atrio interiore quod erat in latere portae. respicientis ad aquilonem. et facies eorum contra uiam australem una. et latere portae orientalis que respiciebat ad uiam aquilonis. Et dixit ad me. Hoc est gazophylacium quod respicit uiam meridiana. sacerdotum erit qui excubant in custodijs templi. Porro gazophylacium quod respicit ad uiam aquilonis. sacerdotum erit qui excubant ad ministerium altaris. Isti sunt filii sadoch. qui accedunt de filiis leui ad dominum. ut ministrarent ei. Et mensus est atrium longitudine centum cubitorum. et latitudinem centum cubitorum. per quadratum. et altare ante faciem templi. Et introduxit me in uestibulum templi. et mensus est uestibulum quinque cubitis hinc et quinque cubitis inde. et latitudinem portae trium cubitorum hinc. et trium cubitorum inde. longitudinem autem uestibuli uiginti cubitorum. latitudinem undecim cubitorum. Et octo gradibus ascendebatur ad eam. et columbae erant in frontibus. una hinc et altera inde. Et introduxit me in templum. et mensus est frontes sex cubitos latitudinis hinc et sex cubitos latitudinis inde. latitudo



tabernaculi. et latitudo portę decem cubito-  
rum erat. et latera portę quinq; cubitis hie.  
et quinq; cubitis inde. et mens<sup>9</sup> e longitu-  
dine eius quadraginta cubitorum. et la-  
titudine uiginti cubitoru. Et introgressus  
intrinsecus mensus e in fronte portę duos  
cubitos. et portam decem cubiton. et latitu-  
dine portę septem cubitorum. Et mensus  
e longitudine eius uiginti cubitoꝝ. et la-  
titudinem uiginti cubitoru ante faciem  
templi. Et dixit ad me. Hoc e scin scoru.  
Et mens<sup>9</sup> e parietem domus sex cubitoꝝ.  
et latitudinē lateris quatuor cubitorum.  
undiq; p circuitum domus. Latera autē.  
latus ad latus bis triginta tria. et erant  
eminentia. que ingrederentur p parietem  
domus. in lateribus p circuitum. ut contine-  
rent et non attingerent parietem templi.  
Et platea erat in rotundum ascendens sur-  
sum p coelam. et in cenaculum templi  
descendebat p girum. Idcirco latus erat tem-  
plum in superioribus. et sic de inferioribus  
ascendebat ad superiora in medium. Et uidi  
in domo altitudinis p circuitu. fundata la-  
tera ad mensurā calami. sex cubitoru spati-  
o. et latitudinē p parietem lateris forinse-  
cus quinq; cubitoru. et interior domi in la-  
teribus domus. Et inter gazophilata la-  
titudinē uiginti cubitorum in circuitu  
domus undiq;. et ostium lateris ad orati-  
onem. ostium unū ad uiam aquilonis. et  
ostium unū ad uiam australe. et latitudinē  
loci ad orationē quinq; cubitoꝝ in circuitu.  
Et edificium quod erat separatum usq;  
ad uiam respicientē ad mare. latitudinis  
septuaginta cubitoꝝ. paries autem edi-  
ficij quinq; cubitoꝝ latitudinis p circui-  
tum. et longitudo eius nonaginta cubi-  
torum. Et mensus e domus longitudi-  
nē centū cubitoru. et quod separatum

erat edificium et parietes eius longitudinis  
centum cubitorum. Latitudinē autē ante  
faciem domus et eius quod erat separatū  
contra orientē centū cubitoru. Et mensus  
e longitudinē edificij contra faciem eius  
quod erat separatum ad dorsum. cęthetas  
ex utraq; parte centum cubitorum. Et  
templum interius et uestibula atrij. li-  
mina et fenestras obliquas. cęthetas in  
circuitu p tres partes. contra uniuersūq;  
lumen. stratumq; ligno p girum in circuitu.  
Terra autem usq; ad fenestras. et fenestre  
clausę sup ostia. et usq; ad domū interiore.  
et forinsecus p omnē parietē in circuitu.  
intrinsecus et forinsecus ad mensuram.  
et fabricata cherubin et palme. Et pal-  
ma inter cherub et cherub. duasq; facies  
habebat cherub. Faciem hominis iuxta  
palmā ex hac parte. et faciem leonis iuxta  
palmam ex alia parte. expressam p omnē  
domū in circuitu. de terra usq; ad superiora  
portę cherubin. Et palme celate erant  
in pariete templi. lumen erat quadrangu-  
lum. et facies scilarij. aspectus contra as-  
pectum altaris lignei. triū cubitorum al-  
tudo eius. et longitudo eius duoru  
cubitorum. et latitudo eius duoru cubito-  
rum. et anguli eius et longitudo. et pa-  
rietes eius lignei. Et loquitus e ad me.  
Hec est mensa coram dno. Et duo ostia  
erant in templo. et in sanctuario. et in  
duob; ostijs ex utraq; parte. bina erant  
ostiola. que in se inuicē plicabantur. Bi-  
na enim erant ostia ex utraq; parte osti-  
orum. et celata erant in ipsis ostijs tem-  
pli cherubin. et sculptura palmarum  
sicut in parietib; quoq; expressa erant.  
Quamobrē erant et grossiora ligna in  
uestibuli fronte forinsecus sup que fene-  
stre erant oblique. et similitudo palma



rum hunc atq; inde in humerulis uestiby  
li. scdm latera domus. latitudinēq; pari  
etum. Et eduxit me in atrium exterius.  
p̄ uiam ducitē ad aquilonē. et induxit  
me in gazophilacium quod erat contra  
separatum edificium. et contra eadem uer  
gentem ad aquilonē. in faciem longitu  
dinis centum cubitos ostiū aquilonis. et  
latitudinis quinquaginta cubitos. con  
tra uiginti cubitos atrij interioris. et  
contra pauimentū stratum lapide atrij  
exterioris. ubi erat porticus uincta porticui  
triplici. et ante gazophilatia deambula  
tio decem cubitorū latitudinis. et ad in  
teriora respiciens uiginti cubiti unū. et ostia  
earum ad aquilonē. ubi erant gazophila  
cia in superiorib; humiliora. quia suppor  
tabant porticus que ex illis eminebant  
de inferiorib; et de medijs edificij. Tri  
stēga enim erant. et n̄ habebant colūp  
nas. sicut erant columnę atriorū. prop  
terea eminebant de inferioribus et de me  
dijs a terra cubitis quinquaginta. Et pi  
bolus exterior. scdm gazophilatia que  
erant in uia atrij exterioris ante gazo  
philatia. Longitudo eius quinquagin  
ta cubitorū. quia longitudo erat gazophi  
latorum atrij exterioris quinquaginta  
cubitorum. et longitudo ante faciē tem  
pli centum cubitorū. Et erat subter ga  
zophilatia hec introitus ab oriente ingre  
dientium in ea de atrio exteriori. et in  
latitudine periboli atrij quod erat con  
tra uiam orientalem. in facie edificij sepa  
rati. Et erant ante edificium gazophila  
cia et uia ante faciem eorum. iuxta simi  
litudinē gazophilatorū que erant in uia  
aquilonis. Scdm longitudinē eorum.  
sic et latitudo eorum. Et omnis introit  
eorum. et similitudines et ostia eorum.

scdm ostia gazophilatorum que erant in  
uia respiciente ad noctum. Ostium in ca  
pite uie. que uia erat. ante uestibulum se  
paratum. p̄ uiam orientalem ingredientib;.  
Et dixit ad me. Gazophilatia aquilonis.  
et gazophilatia austrī. que sunt ante  
edificium separatum. hec sunt gazophi  
latia sc̄a. in quibus uestiunt sacerdotes.  
qui appropinquant ad dñm in sc̄a sc̄oꝝ.  
Ibi ponent sc̄a sc̄oꝝ. et oblationes p̄ pec  
cato et p̄ delicto. locus enim sc̄s est. Cū  
autem ingressi fuerint sacerdotes non egre  
dientur de sc̄is. in atrij exterioris. Et ibi  
reponent uestimenta sua. in quibus mi  
nistrent quia sc̄a sunt. uestientq; uesti  
mentis alijs. et sic procedent ad populū.  
Cumq; compleisset mensuras domi interi  
oris. eduxit me p̄ uiam portę que respi  
ciebat ad uiam orientalem. et mensus ē eā  
undiq; p̄ circuitum. Mensus ē autē con  
tra uentum orientalem calamo mensurę  
quingētos calamos. in calamo mensurę.  
p̄ circuitum. et mensus ē contra uentum aquilonē  
quingētos calamos. in calamo mensurę  
p̄ gurum. Et ad uentū australem mens  
ē quingētos calamos. in calamo men  
surę p̄ circuitum. Et ad uentum occiden  
talem mensus ē quingētos calamos in  
calamo mensurę. p̄ quatuor uentos m̄s  
ē illud. Murum eius undiq; p̄ circuitū  
longitudinis quingētorū cubitorū. diui  
dentem inter sanctuarū et uulgi locū.  
Et duxit me ad portam que respiciebat  
ad uiam orientalem. et ecce gl̄a dñi israel  
ingrediebatur p̄ uiam orientalem. et uox  
erat ei quasi uox aquarū multarum.  
et terra splendebat a maiestate eius.  
Et uidi uisionē scdm speciem quā uide  
ram quando uenit ut disperderet cuita  
tean. et species scdm aspectum quem



uideram iuxta fluminē chobar; et cecidi sup  
 faciem meā. & maiestas dñi ingressa ē tem  
 plum. p̄uiam portę que respiciebat ad ori  
 entem, et leuauit me sp̄e et introduxit  
 me in atriū interius. et ecce repleta erat  
 gl̄a dñi domus. Et audiui loquentē ad  
 me de domo. et uir qui stabat iuxta me  
 dixit ad me. fili hominis. locus solū mei. et  
 locus uestigiorū pedum meorū ubi habito  
 in medio filiorum isrl̄ in eternum. et non  
 polluent ultra domū isrl̄ nomen sc̄m meū  
 ipsi et reges eorū in fornicationib; suis. et  
 in ruinis regum suorū. et in excelsis. qui  
 fabricati sunt limen suum iuxta limen  
 meū. et postes suos iuxta postes meos.  
 Et murus erat inter me et eos. et pollu  
 erunt nomen sc̄m meū in abhominati  
 onib; quas fecerunt. propter quod con  
 sumpsi eos in ira mea. Hinc ḡ repellant p̄  
 cul fornicationē suā. et ruinas regum suo  
 rum a me. et habitabo in medio eorū semp̄.  
 Tu autem fili hominis ostende domū isrl̄  
 templum. et confundantur ab iniquita  
 tibus suis. et meciantur fabricam et eru  
 bescant ex omnib; que fecerunt; figurā  
 domus et fabricę eius extus et intro.  
 et omnē descriptionē eius. et uniuersa  
 precepta eius. cunctūq; ordinē eius. et  
 omnes leges eius ostende eis. et scribes in  
 oculis eorum. ut custodiant omnes de  
 scriptiones eius & precepta illius. et faciāt  
 ea. Ista ē lex domus in summitate montis.  
 omnes fines eius in circuitu sc̄m sc̄orū ē.  
 Hec ē ḡ lex doni. Iste autē mensurę alta  
 ris in cubito uerissimo qui habebat cubi  
 tū et palmum. in sinu cuius erat cubitus.  
 et cubitus in latitudine. et definitio usq; ad  
 labium ei. in circuitu palmi unus. Hec  
 quoq; erat fossa altaris. Et de sinu terę  
 usq; ad crepidinē nouissimā duo cubiti

et latitudo cubiti unius. et a crepidine ma  
 iori usq; ad crepidinē minorem quatuor cu  
 biti et latitudo unius cubiti. Ipse autē  
 ariel quatuor cubitorū. et ab ariel usq;  
 sursum cornua quatuor. et ariel duode  
 cim cubitorū in longitudinē. p̄ duodecim  
 cubitos latitudinis. quadrangulū equis  
 laterib;. et crepido quatuordecim cubitorū  
 longitudinis. p̄ quatuordecim latitudinis  
 in quatuor angulis eius. Et corona in cir  
 cuitu eius dimidiū cubiti. et sinus eius  
 unius cubiti p̄ circuitū. gradus autē eius  
 uersi ad orientē. Et dixit ad me. fili ho  
 minis. hec dicit dñs d̄s. Hi sunt ritus  
 altaris. quacūq; die fuerit fabricatum.  
 ut offeratur sup illud holocaustum. et  
 effundatur sanguis. Et dabis sacerdotib;  
 et leuitis qui sunt de semine sadoch. q̄  
 accedunt ad me ait dñs d̄s. ut offerant  
 in utulū de armento p̄ peccato. Et as  
 sumens de sanguine eius pones sup  
 quatuor cornua eius. et sup quatuor  
 angulos crepidinis. et sup coronā in cir  
 cuitu. et mundabis illud et expiabis. Et  
 tolles utulum qui oblati fuerit pro  
 peccato. et combures illum in separato lo  
 co domus extra sanctuarium. Et in die  
 sc̄dā offeres hircum caprarum immacu  
 latum p̄ peccato. et expiabunt altare  
 sicut expiauerunt in utulo. Cumq; com  
 pleueris expians illud. offeres utulum  
 de armento immaculatum. et arietē de  
 grege immaculatū. et offeres eos in con  
 spectu dñi. Et mittent sacerdotes sup eos  
 sal. et offerent eos holocaustū domino.  
 Septem dieb; facies hircum p̄ peccato co  
 tidie. et utulum de armento. et anatem  
 de pecorib; immaculatos offerent. Sep  
 tem dieb; expiabunt altare. et munda  
 bunt illud. et implebunt manum ei



Expletis autem septem diebus. in die octa-  
uo et ultra facient sacerdotes sup altare  
holocaustaurā. et que p pace offerunt. et  
placatus ero uobis ait dñs dñs. Et con-  
uertit me ad uiam portę scūarij exteri-  
oris que respiciebat ad orientē. et erat  
clausa. Et dixit dñs ad me. Porta hec  
clausa erit. n̄ apertur et uir non transiet  
p eam. qm̄ dñs dñs isrl̄ ingressus ē p eam.  
eritq; clausa principi. Princeps ipse sede-  
bit in ea. ut comedat panem coram dño.  
P uiam uestibuli portę ingredietur. et p  
uiam cuius egredietur. Et adduxit me p uia  
portę aquilonis in conspectu domus. et  
iudi. et ecce impleuit gl̄a domum dñi.  
et cecidi in faciem meam. et dixit dñs  
ad me. fili hominis. pone cor tuū et uide  
oculis tuis. et aurib⁹ tuis audi omnia  
que ego loquar ad te. de uniuersis ceri-  
monijs domus dñi. et de cunctis legib⁹  
eius. et pone cor tuum in uis templi  
omnes eritis scūarij. et dices ad exaspe-  
rantem me domū isrl̄. Hec dicit dñs dñs.  
Sufficiunt uobis omnia scelerata ur̄a dom⁹  
isrl̄. eo quod inducatis filios alienos in cir-  
cumcisos corde et incircumcisos carne.  
ut sint in sanctuario meo. et polluant  
domum meā. Et offeratis panes meos  
adipem et sanguinē. et dissolutis pactū  
meum iōnibus scelerib⁹ ur̄is. et non  
seruastis precepta scūarij mei. et posui-  
stis custodes obseruationū mearū in scūario  
meo. uobismetipsis. Hec dicit dñs dñs.  
Omnis alienigena incircumciscus corde. et  
incircumciscus carne. n̄ ingredietur scūa-  
rium meum. Omnis filius alienus qui  
est in medio filiorum isrl̄. S; et leuite q̄  
longe recesserunt a me. in errore filiorū  
isrl̄. et errauerunt a me post ydola  
sua. et portauerunt iniquitatem suam.

erunt in scūario meo editij et ianitores  
portarum domus. et ministri domus ipsi  
mactabunt holocausta. sive & uictimas  
populi. et ipsi stabunt in conspectu eorū  
ut ministrant eis. p eo quod ministrauerit  
illis in conspectu ydolorum suorum. et facti  
sunt domui isrl̄ in offendiculum iniqui-  
tatis. Ideo leuiam in anū meam sup eos  
dicit domus dñs. et portauerunt iniquita-  
tem suam. et n̄ appropinquabunt ad me  
ut sacerdotio fungant michi. neq; acce-  
dant ad omne scūarium meum iuxta  
scā scōrum. sed portabunt cōfusiōē suā  
et scelerata sua que fecerunt. et dabo eos  
ianitores domus in omni ministerio eius.  
et uniuersis que fiunt in ea. Sacerdotes  
autē et leuite filij sadoch qui custodierūt  
cerimonias scūarij mei. cum errarent  
filij isrl̄ a me. ipsi accedent ad me ut mi-  
nistrant michi. et stabunt in conspectu  
meo ut offerant michi adipem et san-  
guinem ait dñs dñs. Ipsi ingrediantur  
scūarium meum. et ipsi accedent ad in-  
sam meam ut ministrant in. et custodi-  
ant cerimonias meas. Cūq; ingredien-  
tur portas atrij interioris. uestibus li-  
neis induentur. nec ascendet sup eos que  
quā laneam quando ministrant in por-  
tis atrij interioris. et intrinsecus. Vitę  
lineę erunt in captibus eorum. et femi-  
nalia linea erunt in lumbis eorū. et n̄  
accingent in sudore. Cūq; egredient  
atrum exterius ad populū. exuent se  
uestimentis suis in quib⁹ ministraue-  
rant. et reponent ea in gazophylatio scūa-  
rij. et uestient se uestimentis alijs. et n̄  
sanctificabunt populum in uestib⁹ suis.  
Caput autē suum non radent. neq; co-  
mam nutrient. sed condentes attondent  
capita sua. Et unum non bibet omnis



sacerdos quando ingressurus ē atrium in-  
 terus. et uiduam et repudiatam n̄ accipient  
 uxoies. sed uirgines de semine domus isrl̄.  
 s. et uiduam que fuerit uidua a sacerdote  
 accipiant. et populum meum docebunt.  
 quid sit inter sc̄m et pollutum. inter mū-  
 dum et immundum ostendent eis. Et cū  
 fuerit contraversa. stabunt in iudicijs me-  
 is et iudicabunt leges meas. et precepta  
 mea in omnib⁹ sollempnitatib⁹ meis custo-  
 dieant. et sabbata mea sanctificabunt. et  
 ad mortuum hominē non ingredientur:  
 ne polluatur. nisi ad patrem et matrē.  
 et filium et filiam. et fr̄m et sororem.  
 que alterum uirū non habuit. in quibus  
 contaminabuntur. Et postquam fuerit  
 emundatus. septem dies numerabuntur  
 ei. et iudic iudicatus sui in sanctuariū  
 ad atrium intret ut ministret michi  
 in sanctuario meo. et offeret p̄ peccato suo  
 ait domin⁹ d̄s. Erunt autē eis hereditas.  
 ego hereditas eorum. et possessiones non  
 dabis eis in isrl̄. Ego enim possessio eorū.  
 Victimā p̄ peccato et p̄ delicto ipsi come-  
 dent. et omne uotum in isrl̄ ipsorū erit.  
 et primitiua omnium pecorum primoge-  
 nitōrū et omnia libamenta ex omnibus  
 que offerunt sacerdotum erunt. Et p̄-  
 mitiua ciborum urōrum dabis sacerdoti.  
 ut reponat benedictionem domui ur̄e.  
 Omne morticinum et captum a bestia.  
 de aubus et de pecoribus. n̄ comedent  
 sacerdotes. Cumq; cepertis terram diui-  
 det sortito. separate primitias dño. Sc̄i-  
 ficatum de terra longitudinem uiginti  
 quinq; milia. et latitudinem decē milia.  
 sanctificatum erit in omni termino eius  
 p̄ circuitum. et erit ex omni parte san-  
 ctificatum. quingentos p̄ quingentos  
 quadrifariam p̄ circuitum. et quingua-

ginta cubitis in suburbana eius p̄ girum.  
 et a mensura ista mensurabis longitudi-  
 nem uiginti quinq; milia. et latitudinē  
 decem milium. et in ipso erit templum.  
 sc̄m q; sc̄orum. sc̄ificatum de terra erit sa-  
 cerdotibus ministris sc̄iarū qui accedunt  
 ad ministeriū dñi. Et erit eis locus in do-  
 mos. et in sc̄iarum sanctitatis. Viginti  
 quinq; autē milia longitudinis. et decem  
 milia latitudinis erunt leuitas. qui minist-  
 rant domui. ipsi possidebunt uiginti ga-  
 zophylata. et possessionē ciuitatis dabis  
 quinq; milia latitudinis. et longitudinis  
 uiginti quinq; milia. sc̄dm separationem  
 sanctuarij omni domui isrl̄. Principi quoq;  
 hinc et inde in separationē sanctuarij. et  
 in possessionē ciuitatis. contra faciem sepa-  
 rationis sanctuarij. et contra faciem pos-  
 sessionis urbis. a latere maris usq; ad ma-  
 re. et a latere orientis usq; ad orientem.  
 longitudinē autē iuxta unāquāq; partē.  
 A termino occidentali usq; ad terminum  
 orientalem. de terra erit ei possessio in isrl̄.  
 et non depopulabuntur ultra principes  
 populū meum. sed terram dabunt domui  
 isrl̄. sc̄dm tribus eorum. hec dicit dñs d̄s.  
 Sufficiat uobis principes isrl̄. iniquitatē  
 et rapinas intermitte. et iudicium et  
 iusticiam facite. Separate confinia ur̄a  
 a populo meo. ait domin⁹ d̄s. Statere  
 iusta. et ephi iustum. et batus iustus  
 erit uobis. ephi et batus equalia. et unū  
 mensurę erunt. ut capiat decimam par-  
 tem chori batus. et decimam partem  
 chori ephi. iuxta mensuram chori. erit  
 equalibratio eorum. Siclus autē. uiginti  
 quatuor obolos habeat. Poino uiginti  
 sycli et uiginti quinq; sycli. et quindeci  
 sycli. minā faciunt. Et he sunt p̄ticię  
 quas tolletis. Sextam partē ephi de cho-



ro frumenta. et sextam partem ephi de cho-  
ro odei. mensurā quoq; olei. Batus olei  
decima pars chori ē. et decem bati chorū  
faciunt. quia decē bati implent chorū.  
Et arietem unum de grege ducentorum.  
de his que nutriunt isrl̄ in sacrificium.  
et in holocaustum. et in pacifica. ad expi-  
andum p̄ eis. ait dñs d̄s. Omnis populus  
terre tenebitur primitiis his. Principi in  
isrl̄ et sup̄ principē erunt holocausta et  
sacrificium et libamina. in sollemnitatib⁹  
et in kalendis et in sabbatis. et in uniuersis  
sollemnitatib⁹ domus isrl̄. ipse faciat  
p̄ peccato sacrificium et holocaustum.  
et pacifica. ad expiandum p̄ domo israel.  
**H**ec dicit dñs d̄s. In primo mense una m̄sis  
sumet utulū de armento immaculatum.  
et expiabis sanctuariū. et tollet sac̄dos  
de sanguine qui erit p̄ peccato. et ponet  
in postibus domus. et in quatuor angulis  
crepidinis altaris. et in postib⁹ porte atrij  
interioris. et sic facies in septima mensis.  
p̄ unoquoq; qui ignorauit. et errore decep-  
tus ē. et expiabis p̄ domo in primo mense.  
quartadecima die mensis. erit uobis pas-  
che sollemnitas. Septem dieb⁹ azima  
comedentur. et faciet princeps in die illo.  
p̄ se et p̄ uniuerso populo terre. utulū  
p̄ peccato. et in septem dierū sollemniti-  
tate faciet holocaustum dño. septē utu-  
los. et septem arietes immaculatos cotidie.  
septem diebus. et p̄ peccato hircum capra-  
rum cotidie. et sacrificium ephi p̄ utulū  
et ephi p̄ arietem faciet. et olei bin. per  
singula ephi. Septimo mense quintade-  
cima die mensis in sollemnitate faciet  
sicut supradictum ē p̄ septem dies. tam  
p̄ peccato quā p̄ holocausto. et in sacrifi-  
cio et in oleo. Hec dicit dñs d̄s. Porta  
atrij interioris. que respicit ad orientē.

erit clausa sex dieb⁹ in quibus opus fit.  
die autē sabbati apietur. sed et in die ka-  
lendarū apietur. et intrabit princeps per  
uiam uestibuli porte deforis. et stabit in  
lumine porte. et facient sacerdotes holo-  
causta eius. et pacifica eius. Et adorabit  
sup̄ lumen porte et egredietur. porta au-  
tem n̄ claudetur usq; ad uespam. et adora-  
bit populus terre ad ostium porte illius.  
in sabbatis et in kalendis coram domino.  
Holocaustum autē hoc offerre p̄nceps dño  
i die sabbati debet. sex agnos immaculatos  
et arietem immaculatum. et sacrificiū  
ephi p̄ arietē. Agnus autē sacrificium  
quod dederit manus eius. et olei bin. per  
singula ephi. In die autē kalendarum utu-  
lum de armento immaculatum. et sex ag-  
ni. et arietes immaculati erunt. et ephi  
p̄ utulū. ephi quoq; p̄ arietē faciet sacri-  
ficium. Agnus autē sicut inuenit man⁹  
eius. et olei bin. p̄ singula ephi. Cumq;  
ingressurus ē princeps p̄ uiam uestibuli  
porte ingrediatur. et p̄ eandem portam  
exeat. Et cum intrabit populus terre in  
conspectu dñi in sollemnitatib⁹. qui ing-  
ditur p̄ portam aquilonis ut adoret. e-  
gredietur p̄ uiam porte meridiane. Porro  
qui ingreditur p̄ uiam porte meridiane.  
egredietur p̄ uiam porte aquilonis. non reu-  
tatur p̄ uiam porte p̄ quam ingressus ē.  
sed e regione illius egredietur. Princeps autē  
in medio eorū erit. cum ingredientib⁹ in-  
gredietur. et cum egredientib⁹ egredietur.  
Et in mundinis et in sollemnitatib⁹ erit  
sacrificium ephi p̄ utulū. et ephi p̄ arietem.  
Agnus autē erit sacrificiū sicut inuenit  
man⁹ eius. et olei bin. p̄ singula ephi. Cum  
autē fecerit princeps spontaneū holocaustū  
aut pacifica uoluntaria dño. apietur a  
porta que respicit ad orientē. et faciet



holocaustum suū et pacifica sua sicut fieri solet in die sabbati. et egredietur claudatur q; porta postquā erit. et agnum eiusdē anni immaculatū faciet holocaustum cotidie dño; semp mane faciet illud. et sacrificium faciet sup eo catamane mane sextam partem ephi. et de oleo terciā partē bin. ut misceat simile sacrificiū dño. et leguminiū iuge atq; pfectum. faciet agnum et sacrificium. et oleum catamane mane holocaustum sempiternum. Hec dicit dñs dñs. Si dederit princeps domū alicui de filiis suis. hereditas eius filiorū suoz erit. et possidebunt eam hereditarie. Si autē dederit legatum de hereditate suam femoz suoz. erit illius usq; ad annū remissionis. et reuertetur ad principē hereditas autē eius filis eius erit. Et nō accipiet princeps de hereditate populi p uoluntatem. et de possessione eoz. sed de possessione sua. hereditatē dabit filiis suis. ut nō dissipetur populus meus. unusquisq; a possessione sua. Et introduxit me p iungum qui erat ex latere porte. in garophylaria sanctuariū ad sacerdotes. que respiciebat ad aquilonem. et erat ibi locus uergens ad occidentē. et dixit ad me. Iste ē locus ubi coquent sacerdotes p delicto et p peccato. ubi coquent sacrificium. ut non efferant in atrio exteriori. et sanctificetur populus. Et eduxit me in atrium exterius et circū dixit me p quatuor angulos atrii. et ecce atrium erat in angulo atrii. Atriola singula p angulos atrii in quatuor angulos atrii. atriola disposita quadraginta cubitorum p longitudinē. et triginta p latum. mensurę unius quatuor erant. et paries p circuitum. ambiens quatuor atriola. Et culine fabricate erant subter porticus p girum. et dixit ad me. Hec est

domus culinarū in qua coquent ministri domus dñi uictimas populi. Et conuertit me ad portam domus. et ecce aque ingrediebantur subter limen domus ad orientē. Facies enim domus respiciebat ad orientē. aque autē descendebunt in latūs templi dextrum. ad meridiem altaris. Et eduxit me p uiam porte aquilonis. et conuertit me ad uiam foras portam exteriorē uiam que respiciebat ad orientem. et ecce aque redundantes a latere dextro. cum egredieretur uir ad orientē qui habebat funiculū in manu sua. Et mensus ē mille cubitos. et transduxit me p aquam usq; ad talos. rursumq; mensus ē mille. Et transduxit me p aquā usq; ad genua. Et mensus ē mille. et transduxit me p aquam usq; ad renes. Et mensus ē mille. torrentē quē transire nō potui. qm̄ intumuerant aque p funde torrentis. qui non potest transuadari. Et dixit ad me. Hec uidisti fili hominis. Et dixit me. et conuertit me ad ripam torrentis. Cumq; me conuertissem. et ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex utraq; parte. Et ait ad me. Aque istę que egrediuntur ad tumulos sabuli orientalis. et descendunt ad plana deserti. intrabunt mare. et exibunt. et sanabuntur aque. Et omnis anima uiuens que scriptum quocumq; uenerit. torrentis uiuet. Et erunt pisces multi satis postquam uenerint illuc aque istę. et sanabuntur et uiuent omnia ad que uenerit torrentis. Viuent et stabunt sup illa piscatores. ab engaddi usq; ad engallim. siccatio stagnorum erunt. Plurimę species erunt piscium eius. sicut pisces maris magni multitudinis nimis. In litonibus autē eius. et in palustribus non sanabuntur. quia in salinas dabunt. Et sup torrentē ori-



entur in ripis eius ex utraq; parte omne  
lignum fructiferum, non defluet folium ex eo.  
et non deficiet fructus eius; p singulos  
menses afferet primitiua. quia aque  
eius de sanctuario egredientur. et erunt  
fructus eius in cibum. et folia eius ad  
medicinam. **H**ec dicit dominus deus.  
Hic est terminus in quo possidebitis terram  
in duodecim tribubus isrl. quia ioseph  
duplicem funiculum habet. Possidebitis  
autem eam singuli eque ut frater suus.  
sup quam leuauit manum meam ut darem  
patrib; uris. et cadet terra hec uobis in  
possessione. Hic est autem terminus terre ad  
plagam septentrionalem. A mari magno  
uia usq; bechalon. uenientibus sadada.  
emath. berotcha. sabarim que est uia medij  
damasce. et confinium emath domus at  
ragon. que est iuxta terminos auram. Et  
erit terminus a mari usq; ad atrium ennon.  
terminus damasce. et ab aquilone usq; ad  
aquilonem. et terminus emath. plaga  
autem septentrionalis. Porro plaga orienta  
lis de medio auram. et de medio damasce.  
et de medio galaad. et de medio terre is  
rael. iordanis determinans ad mare orien  
tale. metemini etiam plagam orientalem.  
Plaga autem australis meridiana a thamar  
usq; ad aquas contradictionis chades. et  
torrens usq; ad mare magnum. et plaga  
ad meridiem australis. Et plaga maris  
mare magnum. a confinio p directum  
donec uenias emath. Hec est plaga maris.  
Et diuidetis terram istam uobis p tribus  
isrl. et mittetis eam in hereditatem uobis  
et aduenas qui accesserunt ad uos. qui ge  
nerunt filios in medio urum. et erunt  
uobis sicut indigene inter filios israel.  
Vobiscum diudent possessionem. in me  
dio tribuum isrl. In tribu autem quacunq;

fuert aduena. ibi dabitur possessione illi a  
dnis ds. Et hec nomina tribuum a finibus  
aquilonis iuxta uiam metchalon p gentibus  
emath. Atrium enon. terminos damasce.  
ad aquilonem iuxta emath. Et erit ei plaga  
orientalis maris dan una. et ad terminum  
dax. a plaga orientali usq; ad plagam ma  
ris aser una. et sup terminum aser a plaga  
orientali usque ad plagam maris neptalim  
una. et sup terminum neptalim. a plaga or  
ientali usq; ad plagam maris manasse una.  
et sup terminum manasse. a plaga orienta  
li usq; ad plagam maris efftaim una. et  
sup terminum efftaim. a plaga orientali usq;  
ad plagam maris ruben una. et sup termi  
num ruben. a plaga orientali usq; ad plagam  
maris. uida una. et sup terminum uida. a  
plaga orientali usq; ad plagam maris. et  
primitiue quas separabitis. Viginti quinque  
milibus latitudinis et longitudinis sicut  
singule partes. a plaga orientali usq; ad  
plagam maris. et erit scuarum in medio  
eius. Primitiue quas separabitis dnio. lon  
guitudo uiginti quinque milib;. et latitudo  
decem milibus. Hec autem erunt primitiue  
sanctuarij sacerdotum. Ad aquilonem la  
titudinis uiginti quinque milia. et ad ma  
re latitudinis decem milibus. Sed et ad ori  
entem latitudinis decem milia. et a meridie  
longitudinis uiginti quinque milib;. Et  
erit scuarum donum in medio eius. Sa  
cerdotibus sanctuarium erit de filiis sa  
doch. qui custodierunt ceremonias meas.  
et non errauerunt cum errarent filij isrl.  
sicut errauerunt et leuite. et erunt eis p  
mucie de primitiuis terre. scdm scorum  
iuxta terminum leuitarum. Sed et leuite  
similiter iuxta fines sacerdotum. uiginti  
quinque milia longitudinis. et latitudinis  
decem milia. Omnis longitudo uiginti



quing; milium. et latitudo decem milium. Et non  
 uenundabunt. et eo neq; mutabunt. nec tunc  
 ferentur primicie terre. quia sanctificatae sunt  
 domino. Quing; milia autem qui supersunt in  
 latitudine per uiginti quing; milia. prophana  
 erunt urbis. in habitaculum et in subur-  
 bana. et erit ciuitas in medio eius. et he-  
 mensura eius. A plaga septentrionali quing-  
 uaginta quatuor milia. et ad plagam  
 meridianam quing; uaginta et quatuor milia.  
 et ad plagam orientalem. quing; uaginta  
 et quatuor milia. et ad plagam occidentalem.  
 quing; uaginta. et quatuor milia. Erunt  
 autem suburbana ciuitatis. ab aquilone  
 ducenta quing; uaginta. et in meridiem  
 ducenta quing; uaginta. et ad orientem  
 ducenta quing; uaginta. et ad mare ducenta  
 quing; uaginta. Quod autem reliquum  
 fuerit in longitudine secundum primicias san-  
 ctuarii. decem milia in orientem. et decem mi-  
 lia ad occidentem erunt sicut primicie san-  
 ctuarii. Erunt fruges eius in panes.  
 his qui seruiunt ciuitati. Seruientes autem  
 ciuitati. opabantur et omnibus tribubus  
 israel. Omnes primicie uiginti quing; mi-  
 lium. per uiginti quing; milia in quadrum  
 separabuntur. in primicias sanctuarii. et pos-  
 sessionem ciuitatis. Quod autem reliquum  
 fuerit. principis erit. ex omni parte pri-  
 micarum sanctuarii et possessionis ciuitatis.  
 et regione uiginti quing; milium primici-  
 arum usque ad terminum orientalem. Sed et  
 amari et regione uiginti quing; milium.  
 usque ad terminum maris. similiter in par-  
 tibus principis erit. Et erunt primicie  
 sanctuarii. et sanctuarium templi in medio eius.  
 de possessione autem leuitarum. et de pos-  
 sessione ciuitatis. in medio partium prin-  
 cipis. Et erit in terminum iuda. et in ter-  
 minum beniamin. et ad principem parte

bit. Et reliquis tribubus a plaga orientali  
 usque ad plagam occidentalem. beniamin  
 una et contra terminum beniamin a pla-  
 ga orientali usque ad plagam occidentalem.  
 symeon una. et super terminos symeonis  
 a plaga orientali usque ad terminum occi-  
 dentis ysachar una. et super terminum  
 ysachar. a plaga orientali usque ad pla-  
 gam occidentalem zabulon una. et super  
 terminum zabulon. a plaga orientali usque  
 ad plagam maris gad una. et super ter-  
 minum gad. ad plagam austrum in meridie.  
 Et erit finis de thamar usque aquas  
 contradictionis chades. hereditas con-  
 tra mare magnum. Hec est terra quam  
 mittetis in sortem tribubus israel. et hec por-  
 tiones earum ait dominus deus. et hic egressus  
 ciuitatis. A plaga septentrionali quing-  
 uaginta et quatuor milia mensurabis. Et  
 portes ciuitatis omnibus tribus israel. Portes  
 tres a septentrione. Porta ruben una.  
 porta iuda una. porta leui una. Et ad pla-  
 gam orientalem quing; uaginta et quatuor  
 milia. et portes tres. Porta ioseph una.  
 porta beniamin una. porta dan una. Et  
 ad plagam meridianam quing; uaginta qua-  
 tuor milia metieris. Porta symeon una.  
 porta ysachar una. porta zabulon una.  
 Et ad plagam occidentalem quing; uaginta  
 quatuor milia. Portes eorum tres. Porta  
 gad una. porta aser una. porta nep-  
 talum una. Per circuitum decem et octo  
 milia. et nomen ciuitatis ex illa die do-  
 minus ibidem. *Explicit. Incipit plog. b. iheros.*  
**ANIEL** *in danielis or ppham.*  
 prophetam iuxta sep-  
 tuaginta uerbes  
 domini saluatoris ecclesie  
 non legunt. uentel





theodotionis editione: et hoc cur accide-  
rit nescio. Sive enim quia sermo chaldai-  
cus est. et quibusdam proprietatibus a uero  
eloquio discrepat. noluerunt septuaginta  
interpretres eadem linguarum lineas in transla-  
tione seruare. sive sub nomine eorum  
ab alto nescio quo non satis chaldeam lin-  
guam sciente editus liber est. sive ali-  
ud quid cause extiterit ignorans. hoc u-  
num affirmare possum. quod multum  
a ueritate discordet. et recto iudicio re-  
pudiatus sit. Sciendum quippe danielem  
maxime et ezdram hebraicis quidem  
litteris sed chaldaico sermone conceptos.  
et unam <sup>percomen</sup>theremyc.  $\eta \text{ H } \rho \text{ Y } \text{ K O } \text{ M } \text{ H } \text{ H}$ . iob  
quoque cum arabica lingua plurimam ha-  
bere societate. Denique et ego adole-  
sculus. post quinquaginta et tullii lectionem  
ac flores rethoricos. cum me in linguam  
hanc peruenire reclusissem. et multo sudore  
multoque tempore uix cepissem anhelanti  
a stridentiaque uerba resonare. et quasi per  
criptam ambulans. rarum desuper lumen as-  
picere. inpegi uouissime in danielem. et  
tanto tedio affectus sum. ut desperatione  
subita omnem ueterem laborem uoluerim  
contempnere. Verum adhortante me he-  
breo. et illud in sua lingua crebrius inge-  
rente. labor omnia uincit impibus. qui  
michi uidebar sciolus inter eos. cepi rursum  
esse discipulus chaldaicis. Et ut uerum fatear.  
usque ad presentem diem magis possum sermo-  
nem chaldaicum legere et intelligere quam  
sonare. Nec idcirco dixi. ut difficultatem uobis  
danielis ostenderem. qui apud hebreos  
nec susannae habet historiam. nec ymnium  
trium puerorum. nec belis draconisque fabu-  
las. quas nos quia in toto orbe dispersae sunt.  
uerum anteposito easque uigilante subicimus.  
ne uideremur apud imperitos. magnam

partem uoluminis detruncasse. Audiuero ego  
quendam de preceptibus uideorum cum  
susanne derideret historiam. et a greco uer-  
cio quo diceret esse confictam. illud opponere  
quod origine quoque africanus opposuit.  
ethimologias has. <sup>apocrys</sup>  $\text{A } \text{N O T O Y } \text{C X I H O Y}$ .  
<sup>kyfar</sup>  $\text{C X I C A I K I A}$  <sup>potat</sup>  $\text{N O T O R}$ . <sup>primos</sup>  $\text{N P I H O Y}$ . <sup>pricu</sup>  $\text{T I P I C A I}$ .  
de greco sermone descendere. Cui rei nos  
intelligentiam hanc nostris possumus dare.  
ut uerbi gratia dicamus continuo ab arbore  
ilice dixisse eum ilico peas. uel a lentisco  
in lente te comminuat angustis. uel non lente  
peas. aut lentus id est flexibilis ducaris  
ad mortem. sive aliud quid ad arboris no-  
men conueniens. Deinde tantam fuisse  
oculorum tribus pueris cauillabatur. ut in  
camino estuantis incendii metuo luderet.  
et per ordinem ad laudem dei elementa omnia  
puocarent. aut quod miraculum diuinaque  
aspirationis indicium. uel draconem interfe-  
ctum ossa picis. uel sacerdotum belis  
machinas dephensas. que magis pru-  
dentia sollertis uiri. quam prophetali essent  
spiritu prophetata. Cum uero ad abacuc uene-  
rat. et de uidea ad chaldaeam raptum dis-  
cophorum lectitabat. querebat exemplum  
ubi legissemus in toto ueteri testamento  
quemquam scorum graui uolasse corpore.  
et in puncto horae tanta terrarum spacia  
transisse. Cui cum quidam e nostris satis  
promptulus ad loquendum ezechiel ad-  
dixisset in medium. et diceret eum de chal-  
dea in uidea fuisse translatum. derisit  
hominem. et ex ipso uolumine demonstra-  
uit in spiritu ezechielem se uidisse transpo-  
situm. Denique et apostolum nostrum uidelicet ut  
eruditum uirum. et qui legem ab hebreis  
didicisset non fuisse ausum affirmare se  
raptum in corpore. sed dixisse sive in cor-  
pore sive extra corpus nescio deus scit. Et



his talibus argumentis. apochrifas in libro  
 ecclie fabulas arguebat. Sup qua relecto  
 ris arbitrio iudicium derelinquens. illud  
 ammonco. n̄ haberi danielem apud hebreos  
 inter pphetas. sed inter eos qui <sup>agografis</sup> a  
 da conscripserunt. Interes siquidem par  
 tes omnis ab eis scriptura diuiditur. in le  
 gem. in pphetas. in a <sup>agografis</sup> t y o t p a q a. id  
 est in quinq. et in octo. et undeci libros.  
 de quo non e huius temporis differere. Que  
 aut ex hoc ppheta immo contra hunc li  
 brum porphur obiciat. testes sunt inco  
 dius. eusebius cesariensis. apollinaris. q  
 multis ut suum milib' eius uesane re  
 spondentes. nescio an curioso lectori sati  
 fecerint. Unde obsecro uos o paula et eu  
 stochium fundatis p me ad dnm preces.  
 ut quamdiu in hoc corpusculo sum scribam  
 aliquid gratum uobis. utile ecclie. dignum  
 posteris. P resentium quippe iudicys n̄  
 satis moueor. que in utraq. parte aut  
 amore labuntur aut odio. **Explic plog.**

**I**ncipit dani  
 e l ppheta.

**N**ono  
 tercio regni ioa  
 chum regis uida  
 uenit nabucho  
 donosor rex baby  
 lonis iherlm  
 et obsedit ea.



Et tradidit  
 dn̄s in manu eius ioachum regem iude. et  
 partem uasorum domus d̄i. et asportauit  
 ea in terra sennaar in domū d̄i sui. et ua  
 sa intulit in domum thesauri d̄i sui. Et  
 ait rex aphanaz pposito eunuchorū suo  
 rum ut introduceret de filiis isrl. et de se  
 mine regio. et ty rannorū pueros in qui  
 bus nulla eēt macula. decoros forma. et

eruditos omni sapientia. cuitos scientia. et  
 doctos disciplina. et qui possent stare in pa  
 lacio regis. ut doceret eos litteras et lingua  
 chaldeorū. Et constituit eis rex ammonam  
 p singulos dies de cibus suis. et de uino un  
 de bibebat ipse. ut enutriti tribus annis.  
 postea starent in conspectu regis. fuerunt  
 ḡ inter eos de filiis uida. daniel. ananias  
 misael. et azarias. Et imposuit eis pposit  
 eunuchorum nomina. danieli balthasar.  
 et ananias hydrach. misaeli mysach. et  
 azarię abdenago. Proposuit autē daniel  
 in corde suo ne pollueretur de mensa re  
 gis. neq. de uino potus eius. et rogauit  
 eunuchorū prepositum ne contaminaret.  
 Dedit autē d̄s danieli grām et misericordiam.  
 in conspectu principis eunuchorū. Et ait  
 princeps eunuchorū ad danielē. Timeo  
 ego dn̄m meū regem. qui constituit uob  
 cibum et potum. qui si uiderit uultus ur̄os  
 macilentiores p̄ ceteris adolescentib' cocuis  
 ur̄is. condemnabit caput meum regi.  
 Et dixit daniel ad malasar. quē constitui  
 erat princeps eunuchorū sup daniel. ana  
 nam. misael. et azariam. Tempta nos ob  
 secro seruos tuos dieb' decē. et dentur no  
 bis legumina ad uescendum. et aqua ad  
 bibendum. et contemplare uultus ur̄os  
 et uultus puerorū qui uescunt cibo regio.  
 et sicut uideris facies cum seruis tuis.  
**Q**ui audito sermone huiusmodi. temp  
 tavit eos dieb' decem. Post dies autem  
 decem apparuerunt uultus eorū meliores  
 et corpulentiores p̄ omnib' pueris qui  
 uescebantur cibo regio. Porro malasar  
 tollebat cibaria et unum potus eorum.  
 dabatq. eis legumina. Pueris autē his  
 dedit d̄s scientiam et disciplinā in omni  
 libro et sapentiā. danieli autē intelli  
 gentiam. omnium uisionum et sompnoꝝ



Completis itaq; diebus post quos dixerat rex ut introducerentur: introduxit eos prepositis eunuchorum in conspectu nabuchodonosor. Cumq; loquutus fuisset eis rex: non sunt inuenti de uniuersis tales. ut daniel ananias. misael et azarias. Et steterunt in conspectu regis: et omne uerbum sapientie et intellectus quod sciscitatus est ab eis rex inuenit in eis decuplum. super eunuchos ariolos et magos quierant in uniuerso regno eius: fuit autem daniel usq; ad annum primum cyri regis. **I**n anno secundo regni nabuchodonosor: uisit nabuchodonosor sompniū. Et conuertit e spēs eius: et sompniū eius fugit ab eo. Precepit ergo rex ut conuocarentur arioli et magi. et malefici. et chaldei: ut indicarent regi sompna sua. Qui cum uenissent: steterunt coram rege. Et dixit ad eos rex. Vidi sompniū: et mente confusus ignoro quod uiderim. Responderuntq; chaldei regis yriace. Rex in eternum uiue. Dic somnium seruis tuis: et interpretationē eius indicabimus. Respondens autem rex ait chaldeis. Sermo recessit a me. Nisi indicaueritis michi somnium et coniecturam eius: peribitis uos. et domus uestra publicabitur. Si autem somniū et coniecturam eius narraueritis: premia et dona. et honorem multum accipietis a me. Sompniū ergo et interpretationē eius indicate michi. Responderunt secundo atq; dixerunt. Rex somnium dicat seruis suis: et interpretationē eius indicabimus. Responditq; rex et ait. Certum noui quia tempus redimitis: scientes quod a me recesserit sermo. Si ergo somniū non indicaueritis michi: una est de uobis sententia. quod interpretationē quę fallacem. et deceptione plenam composueritis ut loquamini michi. donec tempus

pertranscat. Somniū itaq; dicite mihi: ut sciam quod interpretationē quoq; eius ueram loquamini. Respondentes autem chaldei coram rege dixerunt. Non est homo super terram: qui sermonē tuum rex possit implere. **S**i: neq; regum quisquam magnus et potens. uerbum huiusmodi sciscitatur ab omni ariolo. et mago. et chaldeo. Sermo enim quem tu rex queris grauis est. nec reperiet quisquam qui indicet illum in conspectu regis: exceptis his quorum non est cum hominibus conuersatio. Quo audito rex in furore et in ira magna precepit ut perirent omnes sapientes babilonis. Regressa sententia: sapientes interficiebantur. Querebaturq; daniel et socij eius ut periret. Tunc daniel requisit de lege atq; sententia. ab arioch principe militie regis. qui egressus fuerat ad interficiendos sapientes babilonis: et interrogauit eum qui a rege acceperat potestatem. quam ob causam tam crudelis sententia a facie regis esset egressa. Cum ergo rem indicasset arioch danieli: daniel ingressus rogauit regem ut tempus donaret sibi ad solutionē indicandam regi. Et ingressus est domum suā. anamque misaeli et azarie socijs suis indicauit negotium. ut querebant misericordiam a facie dei celi super sacramento isto: et non periret daniel et socij eius cum ceteris sapientibus babilonis. Tunc danieli punctione nocte misterium reuelatum est. Et daniel benedixit deo celi: et loquutus ait. Sit nomen domini benedictum a seculo et usq; in seculum: quia sapientia et fortitudo eius sunt. et ipse mutat tempora et etates: transfert regna atq; constituit. Dat sapientibus disciplinā. et scientiam intelligentibus: et ipse reudat profunda. et abscondita. et nouit ut tenebris constituta: et lux



cum eo est. tibi d's patrum meorum confiteor  
 teq' laudo. quia sapientiam et fortitudinē  
 dedisti michi. Et nunc ostendisti mī que ro  
 gauimus te. quia sermonē regis apuisti  
 nobis. Posthēc daniel ingressus ad arioch  
 quē constituerat rex ut pderet sapientes  
 babilonis. sic ei loquitus ē. Sapientes ba  
 bilonis ne p'das. Introduce me in conspectu  
 regis. et solutionē regi narrabo. Tunc ari  
 och festinus introduxit danielē ad regē.  
 et dixit ei. Inueni hominē de filiis trans  
 migrationis iude. qui solutionē regi an  
 nunciet. Respondit rex et dixit danieli.  
 cui nomen erat batchasar. Putasne ue  
 re potes indicare mī somniū meū quod  
 uidi. et interpretationē eius. Et respon  
 dens daniel coram rege ait. Misteriū quod  
 rex interrogat. sapientes magi. et arioli.  
 et aruspices non queunt indicare regi.  
 sed ē d's in celo reuelatis misteria. qui in  
 dicauit tibi rex nabuchodonosor. que  
 uentura sunt nouissimis temporib'.

Somniū tuū. et uisionē captiui tui in cubi  
 li tuo. huiusmodi sunt. Tu rex cogitare  
 cepisti in stratu tuo. quid eēt futurū post  
 hec. et qui reuelat misteria. ostendit tibi  
 que uentura sunt. Michi quoq; nō in sapi  
 entia que ē in me plusquā i cunctis iuuen  
 tibus. sacramentiū hoc reuelatum ē. sed ut  
 interpretatio regi manifesta fieret. et co  
 gitationes mentis tue scires. Tu rex uide  
 bas. et ecce quasi statua una grandis. Sta  
 tua illa magna. et statura sublimis sta  
 bat contra te. et intuetus ei' erat terribi  
 lis. Hui' statuas caput ex auro optimo  
 erat. pectus autē et brachia de argento.  
 porro uenter et femora ex ere. tibis autē  
 ferree. pedum quedā pars erat ferrea. que  
 dam fictilis. Videbas itaq; douec abscisus  
 ē lapis de monte sine manibus. et p'cus

sit statuam in pedibus eius ferreis et ficti  
 libus. et comminuit eos. Tunc conterrita  
 sunt pariter. ferrum. testa. es. argentum  
 et aurū. et redacta quasi in fauillam est  
 arex. que rapta sunt uento. nullusq; locus  
 inuentus est eis. Lapis autē qui p'usserat  
 statuam. factus ē mons magnus.  
 et impleuit uniuersam terram. Hoc est  
 somnium. Interpretationē quoq; eius dice  
 mus coram te rex. Tu rex regum es. et deus  
 celi regnum et fortitudinē. et impium et  
 gl'am dedit tibi. et omnia in quib' habi  
 tant filij hominū. et bestie agri. uolucresq;  
 celi dedit in manu tua. et sub ditione  
 tua uniuersa constituit. Tu g' es caput  
 aureum. et post te confurget regnum ali  
 ud minus te. et regnum terciū aliud erit.  
 quod imperabit uniuersa terre. Et regnū  
 quartum erit uelut ferrū. Quomodo ferrū  
 comminuit et domat omnia. sic comminu  
 et omnia hec et conteret. Porro quia ui  
 disti pedum et digitorū partē teste fi  
 guli et partē ferream. regnum diuisum  
 erit. quod tamen de plantario ferri ouet.  
 Sedm quod uidisti ferrum mixtū teste ex  
 luto. et digtos pedum ex parte ferreos  
 et ex parte fictiles. ex parte regnum erit  
 solidū et ex parte conterritum. Quod autē  
 uidisti ferrum mixtum teste ex luto. com  
 miscbunt quidē humano semine. sed non  
 adherbunt sibi. sicut ferrum misceri non  
 potest teste. In dieb; autē regnorum illorū  
 suscitabit d's celi regnum quod in eternum  
 nō dissipabitur. et regnum eius populo al  
 teri non tradetur. Comminuet autē et con  
 sumet uniuersa regna hec. et ipsum sta  
 bit in eternum. Sedm quod uidisti quod  
 de monte abscisus ē lapis sine manib'.  
 et comminuit testam et ferrū. et es. et  
 argentū. et aurū. deus magnus ostendit



regi que futura sunt postea. Et uerum est  
somnia. et fidelis interpretatio eius. Tunc  
rex nabuchodonosor occidit in facie suam.  
et danieli adorauit. et hostias et uiceni-  
sum precepit ut sacrificarent ei. Loquens  
ergo rex ait danieli. Vere deus tuus deus domini  
est et rex regum. et reuelans misterium.  
quoniam potuisti aperire sacramentum hoc. Tunc  
rex danieli in sublimi exultit. et munera  
magna et multa dedit ei. et constituit  
eum principem super omnes puincias ba-  
bylonis. et prefectum magistratum super  
cunctos sapientes babylonis. Daniel au-  
tem postulauit a rege. et constituit super  
opa puincie babylonis sydrach misach  
et abdenago. ipse autem daniel erat in fo-  
ribus regis. **N**abuchodonosor rex fecit  
statuam auream altitudine cubitorum  
sexaginta. latitudine cubitorum sex. et sta-  
tuit eam in campo <sup>diuini</sup> puincie babylonis.  
Itaque nabuchodonosor rex misit ad congre-  
gandos satrapas magistratus et iudices.  
duces et tyrannos. et prefectos. omnesque prin-  
cipes regionum. ut conuenerint ad dedica-  
tionem statue. quam creauerat nabuchodono-  
sor rex. Tunc congregati sunt satrape. ma-  
gistratus et iudices. duces et tyranni. et  
optimates qui erant in potestatibus con-  
stituti. et uniuersi principes regionum. ut  
conuenerint ad dedicationem statue. quam  
creauerat nabuchodonosor rex. Stabant au-  
tem in conspectu statue quam posuerat na-  
buchodonosor. et prece clamabat ualentem.  
**V**obis dicitur populus tribus et linguis.  
In hora qua audieritis sonitum tube. et  
fistule. et cythare. sambuce. et psalterij.  
et symphonie. et uniuersi generis musico-  
rum. cadentes adorare statuam auream.  
quam constituit nabuchodonosor rex. Si  
quis autem non prostratus adorauerit. eade

hora mittetur in fornacem ignis ardentis. Post  
hec igitur statim ut audierunt omnes populi  
sonitum tube. fistule. et cythare. sambuce.  
et psalterij. et symphonie. et omnis generis  
musicorum. cadentes omnes populi tribus  
et lingue. adorauerunt statuam auream.  
quam constituerat nabuchodonosor rex.  
Statimque et in ipso tempore accedentes in-  
ri chaldei accusauerunt iudeos. dixeruntque  
nabuchodonosor regi. Rex incertum uiue.  
Tu rex posuisti decretum. ut omnis homo  
qui audierit sonitum tube. fistule. et cythare.  
sambuce. et psalterij. et symphonie. et uni-  
uersi generis musicorum. prosterneret se et ado-  
ret statuam auream. Siquis autem non prostratus  
adorauerit. mittetur in fornacem ignis arden-  
tis. Sunt ergo iuri iudei quos constituisti  
super opa regionis babylonie. sydrach misach  
et abdenago. iuri isti contempserunt regis  
et posita fuerit abhominatio in desolato  
ne dies mille ducenti nonaginta. Beatus  
qui exspectat. et puenit ad dies mille tre  
centos triginta quing. Tu autē daniel uade  
ad p̄finitum. et requiesces. et stabis in so  
te tua in fine dierū. **H**ic usq; daniel in he  
braico uolumine legimus. cetera que se  
quuntur usq; ad finē libri de theodori  
onis editione translata sunt. **E**t  
erat uir habitans in babilone. et nom  
eius ioachim. Et accepit uxore nomine  
su sanna. filiam helchie. pulchram nimis.  
et timentē dñm. Parentes enim illius  
cum eēt iusti. erudierunt filiam suam  
sc̄dm legem moysi. Erat autē ioachim  
diues ualde. et erat ei pomeriū uicinum  
domui sue. et ad ipsum confluxant ui  
dei. eo quod esset honorabilior omnium.  
Et constituta sunt duo senes iudices in  
anno illo. de quibus loquutus ē dñs.  
quia egressa ē unguitas de babilone a  
senibus iudicibz. qui uidebantur rege  
re populū. Isti frequentabant domum



ioachim. et ueniebant ad eos omnes qui  
habebant iudicia. Cum autē populus re-  
uersisset post meridiē. ingrediebatur susan-  
na. et deambulabat in pomerio uiri sui.  
Et uidebant eam senes cotidie ingredien-  
tē et deambulantē. et exarserunt in con-  
cupiscentia eius. et ceteruerunt sensu su-  
um. et declinauerunt oculos suos ut non  
uiderent celū. nec recordarentur iudicio-  
rū iustoy. Erant autē ambo uulnerati  
amore eius. nec iudicauerunt sibi uicisti  
dolorē suū. Erubescabant enim iudicare  
concupiscentiam suam. uolentes concū-  
bere cum ea. et obseruabant cotidie solli-  
citus uidere eam. Dixitq; alter ad alterū.  
famul domū. quia prandij hora ē. Et egres-  
si recesserunt a se. Cumq; reuersissent ue-  
nerunt in unū. et seuerantē abinuicē cau-  
sā. et ceteruerunt concupiscentiam suam. Et tunc in  
commune statuerunt tempus. quando  
eam possent inuenire solam. Factum est  
ergo cum obseruarent diem ipsum.  
ingressa ē aliquando sicut heri et iudi-  
cauus. cum duabus solis puellis. uoluntq;  
lauari in pomerio. Estus quippe erat. Et  
non erat ibi quisquā preter duos senes  
absconditos. et contemplantē eā. Dixit  
q; puellis. Afferte michi oleum et singu-  
mata. et ostia pomery claudite ut lauet.  
feceruntq; sicut preceperat. clauseruntq;  
ostia pomery. et egressi sunt p posticum.  
ut afferrent que iusserat. nesciebantq; senes  
maui esse absconditos. Cum autē egressi  
essent puellę. surrexerunt duo senes. et ac-  
currebant ad eam et dixerunt. Ecce ostia  
pomery clausa sunt. et nemo nos uidet.  
et in concupiscentia tua sumus. Quamobrem  
affertare nobis. et commiscere nobiscum.  
Quod si nolueris. dicenti testimoniu con-  
tra te. quod fuerit tecū iuuenis. et ob

213  
hanc causam miseris puellas a te. Inge-  
muit susanna et ait. Angustie in sunt  
undiq; Si enim hoc egero mors michi est.  
si autem nō egero non effugiam manū urās.  
Sed melius michi est absq; opere incidere  
in manus urās. quā peccare in conspectu  
dñi. Et exclamauit uoce magna susanna.  
Exclamauerunt autē et senes aduersus eam.  
Et cucurrit unus. et apert ostia pomery.  
Cum q; audissent clamorē in pomerio famu-  
li domus. irruerunt p posticū. ut uide-  
rent quidnam eēt. Postquam autē senes  
loquuti sunt. erubuerunt serui uehentē.  
quia nunquā dictus fuerat sermo hui-  
cemodi de susanna. Et facta ē dies crasti-  
na. Cumq; uenisset populus ad uirū et  
ioachim. uenerunt et duo pbrī pleni in-  
qua cogitatione aduersus susannā. ut  
interficerent eam. Et dixerunt coram po-  
pulo. Mittite ad susanniam filiā helchie.  
uxorē ioachim. Et statim miserunt. Et ue-  
nit cum parentib; et filijs. et uniuersis cog-  
natis suis. Porro susanna erat delicata  
nimis. et pulchra specie. Et iniqui illi ius-  
serunt ut discopiretur. erat enim coop-  
ta. ut uel sic faciarentur decore eius. fle-  
bant igitur sui. et omnes qui nouerāt  
eam. Consurgentes autē duo pbrī in me-  
dio populi. posuerunt manus suas sup  
caput eius. Que flens susperit in celum.  
Erant enim cor ei fiduciam habens in dño.  
Et dixerunt presbiteri. Cum deambulare  
mus in pomerio soli. ingressa ē hec cum  
duabus solis puellis. Et clausit ostia po-  
mery et dimisit puellas. Venitq; ad eam  
adolescens qui erat absconditus. et con-  
cubuit cum ea. Porro nos cum essemus  
in angulo pomery. uidentes iniquitatē  
cucurrimus ad eos. et uidimus eos pari-  
ter commisceri. Et illū quidem nō quuu-



mus comprehendere. quia fortior nobis  
erat. et aptis ostijs exiliuit. Hanc autē  
cum apprehendissemus. interrogauim⁹  
quis nam esset adolefens. et noluit iudi-  
care nobis. Hui⁹ rei testes sumus. Credi-  
dit eis multitudo quasi semibus populi  
et iudicib⁹. et condemnauerunt eam ad  
mortē. Exclamauit autē uoce magna sus-  
anna et dixit. Ds̄ eterne qui abscondito-  
rū es cognitor. qui nosti omnia antequā  
fiant. tu scis qm̄ falsum adūsum me tu-  
lerunt testimoniu. Et ecce mortuor. cū  
nichil horum fecerim. que isti maliciose  
composuerunt aduersum me. Exaudi-  
uit autē dñs uocē eius. Cūq; duceret  
ad mortem. suscitauit deus spm̄ scm̄ pueri  
iunioris. cui nomen daniel. et exclamauit  
uocē magna. Quid⁹ ego sum a sanguine  
hui⁹. Et conuersus omnis populus ad eū  
dixit. Quis est sermo iste quē tu loqui-  
tus es? Qui cum staret in medio eorū ait  
Sic fati filij isrl. n̄ iudicantes neq; quod  
uerum est cognoscentes. condemnastis fi-  
liam isrl. Reuertimini ad iudiciū. quia  
falsum testimoniu loquuti sunt aduers⁹  
eam. Reuersus est ḡ populus cū festina-  
tione. et dixerunt ei senes. Veni et se-  
de in medio nr̄m. et indica nobis. quia  
tibi dedit d̄s honore senectutis. Et dixit  
ad eos daniel. Separate illos ab inuicē  
procul. et diiudicabo eos. Cum ḡ diui-  
si essent alter ab altero. uocauit unū  
de eis et dixit ad eū. In ueterate dierū  
malorum nunc uenerunt peccata tua  
que opabaris prius. iudicans iudicia  
iniusta. innocentes opprimens. et di-  
mittens noxios. dicente dño. innocen-  
tem et iustum n̄ interficies. Nunc ḡ  
si iudisti eos. dic sub qua arbore uide-  
ris eos loquentes sibi. Qui ait. Sub

eno. Dixit autē daniel. Recte mentatus  
es in caput tuum. Ecce enim angls̄ dī ac-  
cepta sententia ab eo. scindet te mediu.  
Et amoto eo. uisit uenire aliu et dixit  
ei. Semen chanaan et non iuda. species de-  
cepit te. et concupiscentia subuertit cor  
tuum. Sic faciebatis filiabus isrl. et ille-  
tamentes loquebantur uobis. Sed n̄ filia  
iuda sustinuit iniquitatē ur̄am. Hunc  
ḡ dic in. sub qua arbore comprehendis  
eos loquentes sibi. Qui ait. Sub primo.  
Dixit autem ei daniel. Recte mentatus es  
et tu in caput tuum. Manet enim ange-  
lus dei gladium habens. ut secet te me-  
duum. et interficiet uos. Exclamauit ita-  
q; omnis cecus uocē magna. et benedixe-  
runt deo. qui saluat sperantes in se. Et  
consurrexerunt aduersus duos p̄bros.  
conuincerat enim eos daniel ex ore suo fal-  
sum dixisse testimonium. feceruntq;  
eis sicut male egerant aduersus proxi-  
mum. ut facerent sc̄dm. legem moysi.  
et interfecerunt eos. Et saluatus ē san-  
guis innoxius. in die illa. Helchias autē  
et uxor eius laudauerunt d̄m p̄ filia su-  
a susanna. cum ioachim marito eius.  
et cognatis omnib⁹. quia n̄ esset inuenta  
in ea res turpis. Daniel autē factus ē  
magnus in conspectu populi. a die illa  
et deinceps. Et rex astr̄ agēs appositus  
ē ad patres suos. et suscepit curus p̄ses  
regnum eius. **E**rat autem daniel con-  
uiuia regis. et honoratus sup omnes ami-  
cos eius. Erat quoq; ydolum nomine  
bel apud babilomios. et impendebant  
in eo p̄ dies singulos. simile artabz duo-  
decim. et oues quadraginta. unūq; ampho-  
re sex. Rex quoq; colebat eum. et ibat p̄  
singulos dies adorare eum. Poero daniel  
adorabat d̄m suum. Dixitq; ei rex. Auare



non adoras bel. Qui respondens ait e-  
qua n̄ colo ydola manufacta. sed uiuen-  
tem d̄m qui creauit celum et terram.  
et habet potestatem omnis carnis. Et  
dixit ad eum rex. Non tibi uidetur esse  
bel uiuens deus. An non uides quanta  
comedat et bibit cotidie. Et ait dani-  
el arridens. Ne erres rex. Iste enim in-  
trifsecus luteus ē. et fomisecus creus.  
neq; comedit aliquando. Et iratus rex uo-  
cauit sacerdotes eius. et ait eis. Nisi dixe-  
ritis michi quis ē qui comedat impensas  
has. moueamini. Si autem ostenderitis  
qm̄ bel comedat eas. mouetur daniel. q̄a  
blasphemauit in bel. Et dixit daniel  
regi. fiat iuxta uerbū tuū rex. Erant  
autē sacerdotes bel septuaginta. exceptis  
uoribus et paruulis et filijs. Et uenit  
rex cum daniel in templū belis. et dixē-  
runt sacerdotes belis. Ecce nos egredie-  
mur foras. et tu rex pone escas. et ui-  
num misce. et claude ostium et signa  
anulo tuo. Et cum ingressus fuers ma-  
ne. nisi inueneris omnia comesta a bel  
mouemur. uel daniel qui mentitus ē adū-  
sum nos. Continebant autem quia fe-  
cerant sub mensa absconditum introi-  
tum. et pillum ingrediebantur semp.  
et deuorabant ea. Factum ē igit̄ post  
quam egressi sunt illi. et rex posuit ci-  
bos ante bel. p̄cepit daniel pueris suis.  
et attulerunt cinerem. et cribrauit p  
totum templū coram rege. Et egressi  
clauserunt ostium. et signantes anulo  
regis abierunt. Sacerdotes autē ingres-  
si sunt nocte iuxta consuetudinē suā.  
et uxores et filij eorum. et comederunt  
omnia et biberunt. Surrexit autē rex  
primo diluculo. et daniel cum eo. Et  
ait rex. Salua ne sunt signa daniel. Q

214  
respondit. Salua rex. Statimq; cum ape-  
ruiſſet ostium. intutus rex mensam excla-  
mauit uoce magna. Magnus es bel. et  
non ē apud te dolus quisquā. Et risit da-  
niel. et tenuit regem ne ingrederet̄ intro.  
Et dixit. Ecce pauimentum animaduerte.  
cui uestigia sunt hec. Et ait rex. Video  
uestigia uiuorū ac mulierum. et infantū.  
Et uacul rex. tunc apprehendit sacer-  
dotes et uxores et filios eorum. et osten-  
derunt ei ostiola abscondita. p̄ que ingre-  
diebantur. et consumebant que erant  
sup mensam. Occidit ḡ illos rex. et tra-  
didit bel in potestatē danieli. qui subū-  
tat eum. et templum eius. **E**t erat  
draco magnus in loco illo. et colebant eū  
babylony. Et dixit rex danieli. Ecce n̄c  
n̄ potes dicere. quia non sit iste d̄s uiuēs.  
Adora ḡ eū. Dixitq; daniel. Dn̄m deum  
meum adoro. quia ipse est d̄s uiuens.  
Tu autē rex damichi potestatē. et inter-  
ficiam draconē absq; gladio et fuste. Et  
ait rex. Do tibi. Tulle ḡ daniel picē. et  
adipem. et pilos. et coxit pariter. fecitq;  
massas. et dedit inos draconi. et dirup-  
tus ē draco. Et dixit. Ecce quē colebatis.  
Quod cum audissent babylony. indigna-  
ti sunt uehementer. et congregati adū-  
sus regem dixerunt. Iudeus factus ē rex.  
Bel destruxit. draconē interfecit. et sa-  
cerdotes occidit. Et dixerunt cum ue-  
nissent ad regē. Trade nobis danielē.  
alioquin interficiemus te et domum  
tuā. Vidit ḡ rex quod iruerent in eū  
uehementer. et necessitate compulsus. tra-  
didit eis danielē. Qui miserunt eum  
in lacum leonum. et erat ibi sex diebus.  
Porro in lacu erant septem leones. et da-  
bantur eis cotidie duo corpora et dug-  
oues. Et tunc nondate sunt eis. ut



deuorarent daniellem. Erat autē abacuc  
 ppheta in iudea. Et ipse coxerat pulmen-  
 tum. et intrauerat paues in alueolo. et ibat  
 in campum ut ferret messoribz. Dixitq;  
 angls dñi ad abacuc. Fer prandium qd  
 habes in babilonē danieli. quē in lacu  
 leonū. Et dixit abacuc. Dñe babilonē  
 non uidi. et lacum nescio. Et apprehen-  
 dit eum angls dñi in uertice eius. et por-  
 tauit illum capillo capitis sui. posuitq;  
 eum in babilonē sup lacum in impetu  
 spē sui. et clamauit abacuc dicens. Da-  
 niel serue dī. tolle prandiu quod misit  
 tibi dñs. Et ait daniel. Recordatus es enī  
 mei dñs. et n̄ dereliquisti diligentes te. Sur-  
 gensq; daniel comedit. Porro angls dñi  
 restituit abacuc confectum in loco suo. Ve-  
 nit ḡ rex die septima. ut lugeret daniellem.  
 Et uenit ad lacum et introspexit. et  
 ecce daniel sedens. Et exclamauit rex uo-  
 ce magna dicens. Magnus es dñe dñs da-  
 nielis. Et extraxit eum de lacu. Porro  
 illos qui pditionis eius causa fuerant.  
 intro misit. et deuorati sunt in momēto  
 coram eo. **Explicit daniel propheta.**

**Inapit prologus iheronimi in libro. xii. pro-**

**phetarum minorum;**

**N**on idem ordo duodecim  
 pphetarum ē apud he-  
 breos. qui et apud nos.  
 vnde scdm id quod ibi  
 legitur. hic quoq; dispo-  
 sita sunt. Osee comminatus ē. et quasi p  
 sententias loquens. Joel planus in princi-  
 pijs. in fine obscurior. et usq; ad malachia  
 habent singuli pprietates suas. quē  
 eadram scribam legiq; doctore hebrei au-  
 tumant. Et quia longum ē nunc de om-  
 nibus dicere. hoc tantum uos o paula  
 et eustochū ammonitas scire uolo. unū

esse librum duodecim pphetarū. et osee.  
<sup>synonon.</sup> **сѣнкронон.** ysaye. malachiam ū aggei.  
 et zacharie fuisse tempoubus. in quibus autē  
 tempus non preferatur in titulo sub illis  
 eos regibus pphetasse. sub quibz et hi qui  
 ante eo habent titulos pphetauerunt.



**Inap. plogus in osee propheta.**

see crebro nominat effiam sa-  
 mariam. ioseph. iezrael. et uxore  
 fornicariam. et fornicationis filios. et ad  
 alteram cubiculo clausam mariti. multo  
 tempore sedere iudiam. et sub ueste lu-  
 gubri uiri ad se reditum prestolari.

**Explicit plogus. Inap. liber osee propheta.**



**ER. B. I. M.**

domini quod fa-  
 ctum est ad osee  
 filium beeri. in die-  
 bus orie ioachan  
 achaz. ezechie re-

gum uida. et in diebz ieroboam filij io-  
 as regis isrl. Principium loquendi do-  
 mino in osee. Et dixit dñs ad osee. Vade  
 sime tibi uxorem fornicariam et fac fili-  
 os fornicationum. quia fornicans forni-  
 cabitur terra a dño. Et abiit et accepit  
 gomer filiam debelaim. et concepit et  
 peperit filium. Et dixit dñs ad eū. Voca  
 nomen eius iezrael. qm̄ adhuc modicū  
 et uisitabo sanguinē iezrael sup domū  
 hieū. et quiescere faciam regnum domi-  
 nisi. Et in die illa conteram arcū isrl.  
 in ualle iezrael. Et concepit adhuc et  
 peperit filiam. et dixit q. Voca nomen  
 eius absq; misericōdia. quia n̄ addam ultra  
 misereri domui isrl. sed obliuione ob-  
 liuiscar eorum. et domui iuda misere-  
 bor. et saluabo eos in dño dō suo. et n̄  
 saluabo eos in arcu et gladio. et in bello.  
 et in equis et in eguitabz. Et ablactauit



cam que erat absq; misericordia. Et concepit  
 et peperit filium et dixit. **Voca nomen**  
 eius n̄ populus meus. quia uos n̄ popul<sup>9</sup>  
 meus. et ego n̄ ero d̄s ur̄. Et erit unme  
 rus filioꝝum isrl̄ quasi harena maris.  
 que sine mensura ē. et n̄ numerabitur.  
 Et erit in loco ubi dicitur eis n̄ popul<sup>9</sup>  
 meus uos. dicitur eis filij d̄i iuuentis.  
 Et congregabuntur filij uida et filij  
 isrl̄ pariter. et ponent sibi nec caput  
 unum. et ascendent de terra. quia mag  
 nus dies iezrael. **Dicite** fr̄ibus ur̄is. po  
 pulus m̄s. et sorori ur̄e misericordiam con  
 sequuta. **Judicate** matrē ur̄am iudicate.  
 qm̄ ipsa n̄ uxor mea. et ego non uir eius.  
**Auferat** fornicationes suas a facie sua. &  
 adulteria sua de medio uberū suorū ne  
 forte expoliet eam nudam. et cōstituat  
 eam scdm̄ diem natiuitatis sue. et ponat  
 eam quasi solitudinē et statuam eam  
 uelut terram inuā et interficiam eā  
 facta. Et filioꝝum isrl̄ n̄ miserebor. qm̄ filij  
 fornicationū sunt. quia fornicata est  
 mater eorū. **Confusa** ē que concepit  
 eos. quia dixit. **Vadam** post amatores  
 meos. qui dant panes meos et aqua  
 meas michi. lanam meā et linū meū.  
 oleū meū et potum meū. **Propter** hoc  
 ecce ego sepiam uā tuam spinis. et se  
 piam eā macera. et semitas suas non  
 inueniet. et sequetur amatores suos  
 et non apprehendet eos. et queret eos et  
 n̄ inueniet. Et dicit. **Vadam** et reuertar  
 ad uirum meū p̄orem. quia n̄ bene erat  
 tunc magis quam nunc. Et hec nesciuit  
 quia ego dedi ei frumentum. et uinū  
 et oleum. et argentum multiplicavi ei  
 et aurum. que fecerunt baal. **Jocurto** con  
 uertar et sumam frumentū meū in  
 tempore suo. et uinū meū in tempore

suo. et liberabo lanam meā et linū meū  
 que opiebant ignominiam eius. Et n̄  
 reuelabo stulticiam eius in oculis ama  
 torum eius. et uir n̄ eruet eam de ma  
 nu mea. et cessare faciam omne gaudiū  
 eius. sollemnitate eius. neomeniā eius.  
 sabbatum eius. et omnia festa tempora  
 eius. Et corrumpam uinē eius et ficū  
 eius. de quibus dixit. **in** ercedes h̄c mee  
 sunt quas dederunt m̄ amatores mei.  
 et ponam eam in saltū. et comedet eam  
 bestia agri. et uisitabo sup̄ eam dies ba  
 alim. quib<sup>9</sup> accendebat incensum. et or  
 nabatur in aure sua. et monili suo. et  
 ibat post amatores suos. et mei obliuisc  
 cebatur dicit d̄s. **Propter** hoc ecce ego  
 lactabo eam. et ducam eam in solitudi  
 nem. et loquar ad cor eius. et dabo eui  
 nitores eius ex eodem loco. et uallē achior  
 ad apiendam spem. Et canet ibi iuxta  
 dies iuuentatis sue. et iuxta dies as  
 censionis sue de terra egypti. Et erit in  
 die illo ait d̄s uocabit me uir meus. et  
 n̄ uocabit me ultra baalim. Et auferā  
 nomen baalim de ore eius. et non re  
 cordabit<sup>9</sup> ultra nominis eorum. Et p  
 cutiam eis fedus in die illa cum bestia  
 agri. et cū uolucere celi. et cum reptili  
 terre. et arcum et gladium et bellū con  
 teram de terra. et dormire eos faciam  
 fiducialit̄. Et sponsabo te michi in sepi  
 ternum. et sponsabo te m̄ in iusticia et  
 iudicio. et in misericordia et in miseratiōib<sup>9</sup>  
 et sponsabo te m̄ in fide. et sciet quia  
 ego d̄s. Et erit in die illa exaudiam  
 dicat d̄s. exaudiam celos. et illi exau  
 dient terram. et terra exaudiet triticū  
 et uinū et oleum. et hec exaudient iez  
 rael. Et seminabo eam michi in terrā.  
 et miserebor eius que fuit absq; misericordia.



Et dicam n̄ populo meo populus meus  
 es tu. et ipse dicet in dñs d̄s n̄s es tu.  
 Et dixit dñs ad me. Adhuc uade dilige  
 mulierē dilectam amico et adulteram, sic  
 diligit dñs filios isrl. et ipsi respectant ad  
 deos alienos. et diligunt inuacia uua-  
 rum. Et fodi cam in quindecim argenteis.  
 et choro ordei. et dimidio choro ordei. et  
 dixi ad eam. Dies multos expectabis me.  
 non fornicaberis et n̄ eris uir. Sed et  
 ego expectabo te. quia dies multos se-  
 debunt filij isrl sine rege et sine prin-  
 cipe et sine sacrificio. et sine altarj. et  
 sine ephod. et sine theraphim. Et post  
 hec reuertentur filij isrl. et querent do-  
 minū dñm suum et dauid regē suum.  
 et pauebunt ad dñm et ad bonum eius  
 in nouissimo dierum. Audite uerbum  
 domini filij isrl. quia iudiciū dño cum  
 habitatoribz terre. Non ē enim ueritas.  
 et non ē misericordia. et non ē scientia dei in  
 terra. Maledictum. et mendacium. et  
 homicidiū. et furtū. et adulterium inun-  
 dauerunt. et sanguis sanguinē tetigit.  
 Ppter hoc lugebit terra. et infirmabi-  
 tur omnis qui habitat in ea. bestie ag  
 et uolucres celi. sed et pisces maris con-  
 gregabuntur. Veruntamen unusq̄sq̄  
 n̄ iudicet. et n̄ arguatur uir. Populus  
 enim tuus. sicut hi qui contradicunt  
 sacerdotj. et corruel hodie. et corruet  
 etiam ppheta tecum. Nocte tacere feci  
 matrē tuā. et conticuit populus meus  
 eo quod n̄ habuerit scientiam. Quia  
 tu scientiam reppulisti. repellam te ne  
 sacerdotio fungaris in. Et oblita es legis  
 dei tui. obliuiscar filiorū tuorū et ego.  
 Sedm multitudinē eorū. sic peccauerūt  
 michi. Glām eorum. in ignominia tuā  
 commutabo. Peccata ppli mei comedēt.

et ad iniquitatē eorum subleuabunt ani-  
 mas eorum. et erit sicut populus sic sa-  
 cerdos. Et uisitabo sup cum uias eius. et  
 cogitationes eius reddam ei. et comedent  
 et n̄ faciabuntur. Fornicati sunt et non  
 cessauerunt. qm̄ dñm dereliquerunt in  
 n̄ custo dieudo. fornicatio et uini et ebrie-  
 tas. aufert cor. Populus meus in ligno suo  
 interrogauit. et baculus eius annuncia-  
 uit ei. Sp̄s enim fornicationum decepit eos.  
 et fornicati sunt a deo suo. Sup capita  
 montium sacrificabant. et sup colles ac-  
 cendebant thymama. Subtus quercū  
 et populū et therebintū. quia bona erat  
 umbra eius. Ideo fornicabuntur filij  
 ur̄. et sponse ur̄. adultere erunt. Non  
 uisitabo sup filias ur̄as cum fuerint forni-  
 cate. et sup sponsas ur̄as cum adultera-  
 uerint. qm̄ ipsi cum meretricibus conuer-  
 sabantur. et cum effeminatis sacrificabūt.  
 et populus non intelligens uapilabit. Si  
 fornicaris tu isrl. n̄ delinquat saltem  
 uida. et nolite ingredi in galgala. et ne  
 ascenderitis in bechauej. neq; iurauerit  
 uir dñs. qm̄ sicut uacca lasciuens  
 declinauit isrl. Nunc pascet eos dñs.  
 quasi agnum in latitudine. Particeps  
 ydolorum effiam. dimitte eum. Sepa-  
 ratum ē conuiuū eorū. fornicatione  
 fornicati sunt. dilexerunt afferre ig-  
 nominia p̄ectores eius. Ligauit eū  
 sp̄s in alis suis. et confundentur a sacri-  
 ficjs suis. Audite hoc sacerdotes. et at-  
 tendite domus isrl. et domi regis auscul-  
 tate. quia uobis iudiciū ē. qm̄ laqueus  
 facti estis speculationi. et rete expan-  
 sum sup thabor. et uictimas declinastis  
 in pfundum. et ego eruditor omnū eorū.  
 Ego scio effiam. et isrl non ē absconditū  
 a me. quia n̄c fornicatus ē effiam. contra



minatus est isrl. Non dabitur cogitationes  
 suas ut conuertant ad dñm dñm suum.  
 quia sp̄c fornicationū in medio eorum. et  
 dñm non cognouerunt. Et respondebit  
 arrogancia isrl in facie eius. et isrl et effraim  
 in ruit in iniquitate sua. Ruet etiam iu-  
 das cum eis. In gregibus suis et in armentis  
 suis uadent ad querendum dñm. et non  
 inuenient. Ablatus est ab eis. In domino  
 preuaricati sunt quia filios alienos genu-  
 erunt. nunc deuorabit eos messis cum  
 parabis suis. Uagite bucina in gabaa.  
 tuba in rama. ululate in bechaui. post  
 tergum tuum beniamin. Effraim in deso-  
 latione erit. in die correptionis. in tribu-  
 bus isrl ostendi fidem. Facti sunt princeps  
 iuda quasi assumentes terminum. super  
 eos effundam quasi aquam iram meam.  
 Calumniā patiens effraim fractus iudicio.  
 qm̄ cepit abire post sordes. Et ego quasi  
 tinea effraim. et quasi putredo domus  
 iuda. Et uidit effraim languorem suum.  
 et iudas unctum suum. Et abiit effraim  
 ad assur. et misit ad regem ultorem. et ip-  
 se n̄ poterit sanare uos nec soluere pote-  
 rit a uob unctum. qm̄ ego quasi leona  
 effraim. et quasi catulus leonis domus  
 iuda. Ego ego capiam et uadam. tollam  
 et n̄ est qui eruat. Vadens reuertar ad lo-  
 cum meum. donec deficiatis et queratis  
 faciem meā. In tribulatione sua mane  
 consurgent ad me. Venite et reuertamini  
 ad dñm. quia ipse cepit et sanabit nos.  
 peccet et curabit nos. Uiuificabit nos  
 post duos dies. in die tertia suscitabit  
 nos. et uiuemus in conspectu eius. scie-  
 mus sequemurq; ut cognoscamus do-  
 minū. Quasi diluculum preparatus est eg-  
 sus eius. et ueniet quasi ymber nobis  
 temporaneus et serotinus. Quid faciam

tibi effraim. Quid faciam tibi iuda.  
 Misericordia ur̄a quasi nubes in aeterna. et  
 quasi ros mane praeransiens. Propter hoc  
 dolauit in prophetis. occidi eos in uerbis oris  
 mei. et iudicia mea quasi lux egredient.  
 quia misericordiam uolui et non sacrificium.  
 et scientiam dñi plusquā holocausta. Ipsi  
 autem sicut adam transgressi sunt pa-  
 ctum. ubi preuaricati sunt in me. Galaad  
 ciuitas opantium dolum. supplantata  
 sanguine. et quasi fauces uirorum latro-  
 num. particeps sacerdotum in uia interfi-  
 cientium p̄ gentes de siehem. quia scelus  
 operati sunt. In domo isrl uidi horrendū.  
 Ibi fornicationes effraim. contaminatus  
 est isrl. sed et iuda pone mensam tibi. Cū  
 conuertero captiuitatē populi mei. cum  
 sanare uellem isrl. reuelata est iniquitas  
 effraim. et malicia samarie. quia operati  
 sunt mendaciū. et fur ingressus est spo-  
 lians. latrunculus fons. Et neforte di-  
 cant in cordibus suis omnem maliciā eorum  
 me recordatum. nunc circumdederunt  
 eos adinventiones suae. coram facie mea  
 facti sunt. In malicia sua leuificauerunt  
 regem. et in mendacijs suis principes.  
 Omnes adulterantes. quasi clybanus in-  
 census a coquente. Quaeuit paululum  
 ciuitas a commixtione fermenti. donec  
 fermentaretur totū. Dies regis nr̄i. cepe-  
 runt principes furere a uino. Excendit  
 manū suam cum illisouibus. qui appli-  
 cuerunt quasi clybanū cor suum. cum inhi-  
 diaretur eis. Tota nocte dormiuit coquens  
 eos. mane ipse succensus quasi ignis flam-  
 me. Omnes calefacti sunt quasi clyba-  
 nus. et deuorauerunt iudices suos. Omnes  
 reges eorum occiderunt. non est qui clamet  
 in eis ad me. Effraim in populis. ipse cō-  
 miscebatur. Effraim factus est subcinerici.



qui non reuertatur: Comederunt alieni  
 robur eius. et ipse nesciuit. sed et cani ef-  
 fusi sunt in eo. et ipse ignorauit. Et hu-  
 miliabitur supbia isrl' in facie eius. nec  
 reuerfi sunt ad dñm dñm suum. et n̄ que-  
 fierunt eum in omnib' his. Et factus ē  
 effraim quasi columba seducta. n̄ habens  
 cor. Egiptum inuocabant: ad assyrios  
 abierunt. Et cum pfecti fuerint expandā  
 sup eos rete meum. quasi uoluerem celi  
 detrahā eos. Sedam eos: scdm audicio-  
 nem cecus eorum. Ve eis: qm recesserūt  
 a me. Vastabuntur: quia preuaricati  
 sunt in me. Et ego redēni eos. et ipsi  
 loquuti sunt contra me mendacia. et  
 non clamauerunt ad me in corde suo.  
 sed ululabant in cubilib' suis. Sup tri-  
 ticum et unū ruinabunt. Recesse-  
 runt a me: et ego erudui et confor-  
 tauī brachia eorum. et in me cogitauē-  
 runt maliciam. Reuerfi sunt ut eēnt  
 absq; iugo: facti sunt quasi arcus dolos.  
 Cadent in gladio principes eorū: a furo-  
 re lingue sue. Ista sublannatio eorū in  
 terra egipti. In gutture tuo sit tuba  
 quasi aquila. sup domum dñi: p eo qd  
 transgressi sunt fedus meū. et legem  
 meā puaricati sunt. Me inuocabunt  
 dñs meus: cognouimus te isrl'. Proiecit  
 isrl' bonum: inimicus psequetur eum.  
 Ipsi regnauerunt et non ex me: princi-  
 pes exierunt et non cognoui. Argen-  
 tum suum et aurum suum fecerunt  
 sibi ydola: ut interuent. Proiectus est  
 utulus tuus samaria: iratus ē furor  
 meus in eis. Vsq; quo non poterunt  
 emundari: Quia ex isrl' et ipse est. Artex  
 fecit eum et n̄ est dñs. qm in aranearū  
 telas erit utulus samarie: quia uen-  
 tum seminabunt. et turbine metent.

Culmus stans n̄ est in eis germen. non  
 faciet farinam. Quod et si fecerunt. alieni  
 comedent eam. Deuoratus ē isrl' nunc  
 factus ē in nationib' quasi uas immundū.  
 quia ipsi ascenderunt ad assur. Onager so-  
 litarius sibi effraim. munera dederunt  
 amatorib'. sed et cū mercede conduxerūt  
 nationes. Huius congregabo eos. et q̄  
 escient paulisp. ab onere regis et princi-  
 pum. quia multiplicauit effraim alta-  
 ria ad peccandū. facte sunt ei arę in de-  
 lictum. Scribam ei multiplices leges  
 meas. que uelut alię computate sunt.  
 Hostias afferent. immolabunt carnes  
 et comedent. et dñs n̄ suscipiet eas. H̄c  
 recordabitur iniquitates eorum. et uisi-  
 tabit peccata eorum. Ipsi in egiptum co-  
 uertentur. et oblitus ē isrl' factoris sui.  
 et edificauit delubra: et iudas multi-  
 plicauit urbes munitas. Et mittam  
 ignē in ciuitates eius. et deuorabit edē  
 illius. Noli letari isrl' noli exultare sicut  
 populi: quia fornicatus es a deo tuo. Di-  
 lexisti mercedes. sup omnes areas tui.  
 Arca et torcular non pascet eos. et ui-  
 num mentiet eis. non habitabunt in  
 terra dñi. Reuerfus ē effraim in egiptū.  
 et in assyrijs pollutum comedit. Non  
 libabunt dño unum. et non placebunt  
 ei. Sacrificia eorum. quasi panis lugenti-  
 um. omnes qui comedunt eum conta-  
 minabunt. quia panis eorum anime  
 ipsorū non intrabit in domū dñi. Quid  
 facietis in die sollempni. in die festiuitatis  
 domui. Ecce enim pfecti sunt a uasti-  
 tate. Egiptus congregabit eos. mēph'is  
 sepeliet eos. Desiderabile argentū eorū  
 urtica hereditabit. lappa in taberna-  
 culis eorum. Venerunt dies uisitatio-  
 nis: uenerunt dies retributionis. Sc



to te isrl' stultum. pphetam insanum. uirum spiritale. ppter multitudinē iniquitatis tue. et multitudinē amentie. Speculator effraim. cum deo meo. Propha laqueus ruine factus ē sup omnes uas eius. in sama in domo dī eius. Profunde peccauerunt. sicut in diebus gabaa. Recordabitur iniquitatis eorum. et uisitabit peccata eorum. Quasi uuas in deserto inueni israel. quasi prima poma ficulnee in cacumine eius. uidi patres eorum. Ipsi autē intrauerūt ad beelphegor. et abalienati sunt in confusione. et facti sunt abominabiles sicut ea que dixerunt. Effraim quasi auis auolauit. glā eorum apartu. et ab utero. et a conceptu. Quod et si enutrierunt filios suos. absq; liberis eos faciam in hominib; sed et ut eis cum recessero ab eis. Effraim ut uidi. turus erat fundata in pulchritudine. Effraim educet ad interfectorem filios suos. Da eis uinē. Quid dabis eis. Da eis uuluā sine liberis. et ubera arenaria. Omnes nequie eorū in galgal. quia ibi exosos habuē eos. Propter maliciā adiuentionū eorū. de domo mea ciciam eos. n̄ addam ut diligam eos. omnes principes eorū receverunt. Percussus ē effraim. radix eorum exsiccata ē. fructum nequaquā facient. Quod & si genuerint. interficiā amantissima uteri eorū. Abiciet eos d̄s meus quia n̄ audierunt eum. et erunt uagi in nationibus. Vitis frondosa isrl'. fructus ad equatū ē ei. Scdm multitudinē fructus sui multiplicauit altaria. iuxta ubertatem terrę sue. exuberant simulachris. Diuisum ē cor eorū. nunc uerberabunt. Ipse confringet simulachra eorū. depopulabitur aras eorū. quia nunc dicent. non ē rex nobis. Non enim timentus dñm.

et rex quid faciet nobis. Loquemur uerba uisionis inutilis. et ferietis fedus. et germinabit quasi amaritudo iudicium sup sulcos agri. Vaccas bechauen coluerunt habitatores samarie. quia luxit sup eum populus eius. et editui eius sup eum exultauerunt in glā eius. quia migravit ab eo. siquidem et ipse in assur delatus ē munus regi ultori. Confusio effraim capiet. et confundetur isrl' in uoluntate sua. Transire fecit samaria regem suum. quasi spumā sup facie aque. et dispergentur excessa ydoli peccatū isrl'. Lappa et tribulus ascendet sup aras eorū. et dicent montibus opite nos. et collib cadite sup nos. Ex diebus gabaa peccauit isrl' ubi steterunt. non comprehendet eos in gabaa preliū. sup filiis iniquitatis. Iuxta desiderū meum corripia eos. Congregabunt sup eos populi. cum corripentur ppter duas iniquitates suas. Effraim uicula docta diligere tritauram. et ego transiui sup pulchritudinē colli eius. Ascendam supra effraim. arabit iudas. confringet sibi sulcos iacob. Seminate uobis in ueritate iusticiā. metite in ore misericordie. innouate uobis nouale. Tempus autē requirendi dñm. cum uenerit qui docebit uos iusticiā. Arastis impietate. messistis iniquitate. comeditis frugem mendacij. Quia confusus est in uis eius. in multitudine fortū tuorū. confurget tumultus in poplo tuo. et omnes munitiones tue uastabunt. sicut uastatus ē salmana et domus eius. quia iudicauit baal in die prelii. matre sup filiis allisa. Sic uobis fecit bechael. a facie malicie nequiarū ur̄arum. Sicuti mane transit. ptransit rex isrl'. quia puer isrl' et dilexi eum. et ex egypto uocauit filiū



meum. Vocauerunt eos: sic abierunt  
 a facie eorum. Baalim immolabant: et  
 simulachris sacrificabant. Et ego quasi  
 nutricius effraim. portabam eos in brachi-  
 is meis: et nescierunt quod curarem eos.  
**I**n similibus adam attraham eos: in un-  
 culis caritatis. rebois quasi exaltans ui-  
 gum sup maxillas eorum: et declinaui  
 ad eum ut uesceretur. Non reuertetur  
 in terram egypti. et assur ipse rex eius: qm  
 noluerunt conuerti. **L**epit gladius in  
 ciuitatib' eius. et consumet electos eius.  
 et comedet capita eorum: et popul' mis-  
 pendebit ad reditum meum. Iugum autē  
 imponetur eis simul: quod n̄ auferetur.  
**Q**uom̄ dabo te effraim: expugnabo et p-  
 tegam te isrl'. Quom̄ dabo te: Sicut  
 adama ponam te ut seboim. Conūsum ē  
 in me cor meum: parte concubita ē pe-  
 nitudo mea. Non faciam furore ux̄ mee  
 non conuertar ut dispdam effraim: qm  
 d̄s ego et n̄ homo. in medio tui sc̄s. et n̄  
 ingrediar ciuitate. Post dñm ambulabō.  
 quasi leo rugiet: quia ipse rugiet. et for-  
 midabunt filiū matris. et auolabunt q̄si  
 auis ex egypto. et quasi columba de tra  
 assyriorū: et collocabo eos in domib' suis  
 dicit d̄s. Circumdedit me in negatione  
 effraim: et in dolo domus isrl'. Judas autē  
 tectis descendit cum dō: et cum sc̄is fidel'.  
**E**ffraim pascet uentum: et sequit' estum.  
 tota die mendacū: & uastitate multipli-  
 cat: et fedus cum assyrijs' inicit. et oleū  
 in egyptum ferebat. Iudicium ḡ dñi cū  
 juda: et uisitatio sup iacob. Juxta uias  
 eius et iuxta adiuuentiones eius. reddet  
 q̄. In uero supplantauit frēm suum.  
 & in fortitudine sua directus ē cū anglo.  
 et inualuit ad anglin et confortatus ē:  
 fleuit et rogauit eum. In bechel inuenit

eum. et ibi loquutus ē nobiscum: et dñs d̄s  
 exercitū. dñs memoriale eius: Et tu ad  
 dñm tuum conuerteris. misericordiam et iudici-  
 um custodi: et spera in deo tuo semp. Cha-  
 naan in manu eius: ita terra dolosa: calum-  
 nam dilexit. Et dixit effraim. Verunta-  
 mendus effectus sum: inueni ydolum in-  
 Om̄s labores mei non inuenient michi  
 iniquitate: quā peccaui. Et ego dñs d̄s  
 tuus. ex terra egypti adhuc sedere te faci-  
 am in tabernaculis: sicut in dieb' festiui-  
 tatis: Et loquit' sum sup pphetas: et ego  
 uisione multiplicauit: et in manu pphe-  
 tarū assimilatus sum. Si galaad ad y-  
 dolum. tamen frustra erant in gal-  
 gal bubus immolantes: Nam et altari  
 a corū. quasi acerui sup sulcos agr. fu-  
 git iacob in regione syrie. et seruiuit isrl'  
 in uxore: et isrl' in uxore seruiuit. In pro-  
 pheta autē eduxit dñs isrl' de egypto:  
 et in ppheta seruatus ē. Ad iracundiam  
 me puocauit effraim. in amaritudinib'  
 suis: et sanguis ei' sup eum ueniet: et ob-  
 pbriū eius restituet ei dñs suus. Loqu-  
 te effraim horrore inuasit isrl' et deligit  
 in baal et mortuus ē. **Q**uoniam addiderit  
 ad peccandum: feceruntq: sibi conflatile  
 de argento suo. quasi similitudine ydolo-  
 rum. factura artificum totum ē. His ipsi  
 dicunt. Immolate homines uitulos ad  
 orantes: Idcirco erunt quasi nubes inatu-  
 rina. et sicut ros mane preteriens. Sic  
 puluis turbine raptus ex arca. et sicut  
 fum' de fumano. Ego autē domui d̄s  
 tuus ex terra egypti. et dñm absq: me nesci-  
 es: et saluator non ē preter me. Ego cog-  
 noui te in deserto: in terra solitudinis: iux-  
 ta pascua sua adimpleti sunt et saturati:  
 deuauerunt cor suū et obliuati sunt me.  
**A**cro eis quasi leena: sicut pardus iua



affiriorum. Occurrā eis quasi urfa raptis  
 catulis. et dirumpam interiora iecoris  
 eorū. et consumam eos ibi quasi leo. besti  
 a agri scindet eos. Perditio tua isrl. tan  
 tummodo in me auxiliū tuū. Vbi ē rex  
 tuus. **Q**uare nunc saluet te in omnib⁹  
 urbibus tuis. et iudices tui de quib⁹ dixisti.  
 Da michi regē et principes. Dabo t̄ regē  
 in furore meo. et auferā in indignatione  
 mea. Colligata ē iniquitas effraim. ab  
 sconditum ē peccatum ei⁹. Dolores partu  
 ritatis uenient ei⁹. ipse filius non sapiens.  
 Hunc enim n̄ stabit in contritione filio  
 rum. de manu mortis liberabo populū  
 meū. de morte redimā eū. Ero mors  
 tua o mors. ero morsus tuus inferne. Con  
 solatio abscondita ē ab oculis meis. quia  
 ipse uter frēs diuidet. Adducet urentē  
 uentum dñs de deserto ascendente. et  
 sicabit uenas eius. et desolabit fontē ei⁹.  
 et ipse diripiet thesaurū omnis uasis  
 desiderabilis. Percat samaria qm̄ ad  
 amaritudinē concepit dñm suum. in  
 gladio percat. Paruuli eorū elidantur.  
 et frēs eius discendantur. Conuertere isrl  
 ad dñm dñm tuum. qm̄ corruisti in in  
 quitate tua. Tollit uobiscum uerba. et  
 conuertimini ad dñm. et dicite ei. Omnē au  
 fer iniquitatē et accipe bonū. et reddemus  
 uictulos laborum nr̄orum. Assur non  
 saluabit nos. sup equos n̄ ascendemus.  
 nec dicemus ultra dñi nr̄i opa manū  
 nr̄arū. quia eius qui in te ē miserereus  
 populi. Sanabo contritiones eorū. dili  
 gam eos spontaneē. quia auersus ē fu  
 tor meus ab eis. Ero quasi ros. isrl ger  
 minabit quasi lilū. Et erumpet radix  
 eius ut lybam. ibunt rami eius. Et erit  
 quasi oliua gl̄a eius. et odor eius ut  
 lybam. Conuertentē sedentes in umbra

eius. uiuent tritico. et germinabunt qua  
 si uinea. memouale eius sicut uinū li  
 bani. Effraim. quid in ultra ydola. Ego  
 exaudiam. et dirigam eū ego ut abiectum  
 urentē. et me fructus eius inuentus ē.  
 Quis sapiens et intelliget ista. intelligēs  
 et sciet hec. Quia recte ius dñi. et iusti  
 ambulabunt in eis. preuarcatores uero  
 corruent in eis. **Explicit o s e s ppheta.**

**Incipit prologus in Joel propheta.**

**I**oel filius phatuel. describit terram duo  
 decem tribuum. cruce. bruce. locusta.  
 rubigine uastante consumptam. et post  
 euerionē prioris populi. effusum iri spm̄  
 sc̄m. sup seruos dñi et ancillas. id est sup  
 centū uiginti credentiū uomina. et effu  
 sum iri in cenaculo syon. Qui centū uigin  
 ti ab anno usq; ad quindecim paulatim.  
 et puerimenta surgentes quindecim gradu  
 um numerū efficiunt. qui in psalterio  
 mystice continentur. **Explicit prolog⁹.**



**Incipit Joel  
 propheta.**

**V**erbum dñi. quod fac  
 tum est ad ioel filiū  
 phatuel. Audite hoc  
 senes. et aurib⁹ percipite omnes habitato  
 res terre. si factum ē istud in diebus ur̄is.  
 aut in dieb⁹ patrum ur̄orum. Sup hoc  
 filijs ur̄is narrate. et filij ur̄i filijs suis.  
 et filij eorū generationi altere. Residuum  
 cruce comedit locusta. et residuū locuste  
 comedit bruceus. et residuū brucei comedit  
 rubigo. Expugnauit ebrj et stete. et u  
 lulate omnes qui bibitis uinū in dulce  
 dine. qm̄ perit ab ore ur̄o. Gens enim  
 ascendet sup terrā meā. fortis et innume  
 rabilis. Dentēs eius ut dentes leonis.  
 et molares eius ut catuli leonis. Posuit  
 uineā meam in desertū. et ficā meam



decoerant; nudans spoliavit eam et  
 piceat. et albi facti sunt tami eius. Plan-  
 ge quasi uirgo accincta sacco: sup uirū  
 pubertatis tue. Perit sacrificiū et libatio.  
 de domo dñi luxerunt sacerdotes ministri  
 dñi. depopulata ē regio. luxit humus.  
 qm̄ deuastatum ē triticum. confusum ē  
 uinum. et elanguit oleum. Confusi sūt  
 agricolę ululauerunt iuniores sup fru-  
 mento et oideo. quia perit messis agri.  
 Vinea confusa ē: et ficus elanguit. O-  
 lagranata et palma. et malū et omnia  
 ligna agri aruerunt. quia confusum ē  
 gaudium a filiis hominū. Accingite uos  
 et plangite sacerdotes: ululate ministri  
 altaris. Ingredimini. cubate in sacco mi-  
 nistri dñi dī mei. qm̄ interit de domo  
 dī ur̄i. sacrificiū et libatio. Sanctificate  
 ieiunium uocate ceterū. Congregate senes.  
 om̄s habitatores terre. in domo dī ur̄i.  
 et clamate ad dñm. A. a. a. diei quia  
 ppe est dies dñi: et quasi uastitas a  
 potente ueniet. Nunquid non coram  
 oculis ur̄is alimenta pierunt: de domo  
 dei nr̄i leticia et exultatio. Computru-  
 erunt iumenta in stercore suo: demoli-  
 ta sunt horrea. dissipatę sunt apotece.  
 qm̄ confusum ē triticum. qm̄ ingemuit  
 animal mugierunt greges armenti. quia  
 n̄ sunt pascua eis: sed et greges pecorū  
 dispierunt. Ad te dñe clamabo. quia ig-  
 nis comedit speciosa deserti: et flamma  
 succendet omnia ligna regionis. Sed &  
 bestie agri. quasi area sitiens ymbrem  
 suspexerunt ad te. qm̄ exsiccati sunt fon-  
 tes aquarū. et ignis deuorauit speciosa  
 deserti. Canite tuba in syon: ululate in  
 monte sc̄o meo. Conturbentur om̄s ha-  
 bitatores terre. quia uenit dies dñi.  
 quia ppe est dies dñi. dies tenebrarum

et caliginis. dies nubis et turbis. Quasi  
 mane expansum sup montes. popl̄s mul-  
 tus et fortis. similis ei n̄ fuit a principio.  
 et post eum non erit usq; in annos gene-  
 rationis et generationis. Ante faciem ei  
 ignis deuorans. et post eum exurens flā-  
 ma. Quasi ortus uoluptatis tertia corā  
 eo. & post eum solitudo deserti. neq; est  
 qui effugiat eum. Quasi aspectus equo-  
 rum aspectus eorum: et quasi equites sic  
 current. Sicut sonitus quadrigarum  
 sup capita montū exientū. sicut soni-  
 tus flammę ignis deuorantis stipulę.  
 uelut populus fortis preparatus ad plū.  
 A facie eius cruciabantur populi. om̄s  
 uultus eius redigebatur in ollam. Sicut  
 fortes current: et quasi uiri bellatores  
 ascendent murū. Vir i uisus suus gradiet:  
 et n̄ declinabunt a sentis suis. Unusq; q;  
 frēm suū non coartabit: singuli in cal-  
 le suo ambulabunt. Sed et p fenestras ca-  
 dent: et non demolentur. Urben ingre-  
 dientur: in muro current. domos conscen-  
 dent: p fenestras utrabunt quasi fur.  
 A facie contremuit omnis terra. moti sūt  
 celi: sol et luna obtenebrati sunt. et stel-  
 le retraxerunt splendore suū. et dñs  
 dedit uocē suā ante faciem exercitū suū.  
 quia multa sunt nimis castra ei: quia  
 fortia. et facientia uerbum eius. Magnū  
 enim dies dñi et terribilis ualde: et q̄s  
 sustinebit eū. Hunc ḡ dicit dñs. Con-  
 uertimini ad me in toto corde ur̄o. in  
 ieiunio et fletu. et plandū. et scindite  
 corda ur̄a. et non uestimenta ur̄a. et con-  
 uertimini ad dñm dñm ur̄m. quia benignus  
 et misericors est: patiens et mul-  
 ta misericordia eius. et prestabilis sup ma-  
 licia. Quis scit si conuertatur et ig-  
 noscat: et relinquat post se benedi-



tionem: Sacrificium et libamen: dño dō  
 nrō. Cantate tuba in syon. sanctificate ie-  
 iunū uocate eorum. congregate populū.  
 sanctificate ecclesiam. Coadunate senes. cō-  
 gregate paruulos. et sugentes ubera.  
 egrediatur sponsus de cubili suo. et  
 sponsa de thalamo suo. Inter uestibulū  
 et altare plorabunt sacerdotes et leu-  
 ite ministri dñi et dicent. Parce dñe par-  
 ce populo tuo. et ne des hereditatē tuā  
 in obprobrium. ut n̄ dominentur eis na-  
 tiones. Quare dicunt in populis ubi  
 est d̄s eorum. Zelatus ē dñs terrā suā.  
 et pepercit populo suo. Et respondit do-  
 minus. et dixit populo suo. Ecce ego mit-  
 tam uobis frumentū et unum et oleū.  
 et replebimur in eis. et n̄ dabo uos ut  
 obprobrium in gentibus. et eum qui ab  
 aquilone ē procul faciam ab eis. et expel-  
 lam eum in terram inuā et desertam.  
 faciem eius contra mare orientale. et extre-  
 mum eius ad mare nouissimum. Et as-  
 cendet fletus eius. et ascendet putredo eius.  
 quia supbe egit. Noli timere terra. exul-  
 ta et letare. quia magnificauit dñs ut  
 faceret. Nolite timere animalia regiois.  
 q̄a germuauerunt speciosa deserti.  
 qualignum attulit fructū suū. ficus  
 et uinea dederunt uirtutē suā. Et filij  
 syon exultate et letamini in dño dō nrō.  
 quia dedit uobis doctore iusticie. et de-  
 scendere faciet ad uos ymbre matutini.  
 et serotinum in principio. et implebunt  
 arce frumento. et recludabunt torcu-  
 laria uino et oleo. et reddam uobis an-  
 nos quos comedit locusta. bruceus. et  
 rubigo et cruca. fortitudo mea magna  
 quā nisi in uos. et comedetis uescitales  
 et saturabimini. et laudabitur nom̄ do-  
 mini di uiri. qui fecit uobiscum mirabilia.

Et n̄ confundetur populus meus in semp-  
 ternum. et scietis quia in medio isrl̄ ego  
 sum. & ego dñs d̄s ur̄. et non ē amplius.  
 et n̄ confundetur populus meus in eternū.  
 Et erit posthec effundam sp̄m meum sup  
 omnē carnem. et pphetabunt filij ur̄i et  
 filie ur̄e. Senes ur̄i somnia somniabunt.  
 et iuuenes ur̄i uisiones uidebunt. Sed et  
 sup seruos meos et sup ancillas meas. in  
 dieb⁹ illis effundam sp̄m meum. et dabo  
 prodigia in celo et in terra. sanguinē. et ig-  
 nem. et uaporem fumi. Sol conuertetur  
 in tenebras et luna in sanguinē. ante q̄  
 ueniat dies dñi magnus et horribilis.  
 Et erit. omnis qui inuocauerit nomen  
 domini saluus erit. quia in monte sy-  
 on et in iherlm̄. erit saluatio sicut dixit  
 dñs. et in residuis quos dñs uocauerit.  
 quia ecce in diebus illis et in tempore illo  
 cum conuertero captiuitatē uida et iheru-  
 salem. congregabo omnes gentes. et dedu-  
 cam eas in ualle iofaphat. et disceptabo  
 cum eis ibi sup populo meo. et hereditate  
 mea isrl̄. quos disperserunt in nationib⁹.  
 et terram meam diuiserunt. et sup popu-  
 lum meum miserunt sortē. Et posuerūt  
 puerum in p̄stibulum. et puellam uendi-  
 derunt p̄ uino ut biberent merum. Quid  
 uobis et michi tyrus et sydon. et omnes  
 termini palestinarum. Nunquid uitia uos  
 reddidistis michi. Et si ueliscimini uos  
 contra me. cito uelociter reddam uicissiti-  
 dinē uobis sup caput ur̄m. Argentū enī  
 meum et aurum tulistis. et desiderabilia mea.  
 et pulcherrima mea intulistis in delubra  
 ur̄a. et filios uida. et filios iherlm̄ uendi-  
 distis filijs grecorū. ut longe faceretis eos  
 de finibus suis. Ecce ego suscitabo illos  
 de loco in quo uendidistis eos et conuer-  
 tam retributionē ur̄am in caput ur̄m.



et uendam filios uros et filias uras in manu  
 bus filios uida. et uendabunt eos sa-  
 beis genti longinque. quia dñs loquitur. **C**  
 lamate hoc in gentibus. scificate bellum.  
 suscitare robustos. accedant et ascendant  
 omnes uiri bellatores. Concidite aratra ue-  
 stra in gladios. et ligones uros in lanceas.  
 et infirmus dicat quia fortis ego sum. Erum-  
 pite et uenite omnes gentes de circuitu et co-  
 gregamini. ibi occumbent faciet dñs ro-  
 bustos suos. Consiurgant et ascendant gen-  
 tes in uallem iosaphat. quia ibi sedebo ut  
 iudicem omnes gentes in circuitu. **M**  
 itate falces. quia maturauit messis. Venite et  
 descendite. quia plenum est torcular. Exu-  
 berant torcularia. quia multiplicata est  
 malicia populi in ualle concisionis. quia  
 iuxta est dies dñi in ualle concisionis. Sol  
 et luna obtenebratae sunt. et stelle retraxerunt  
 splendorem suum. Et domus de syon  
 rugiet. et de iherlm dabit uocem suam.  
 et mouebunt celi et terra. Et dñs spes  
 populi sui. et fortitudo filiorum isrl. et sci-  
 etis quia ego dñs ds ur. habitans in sy-  
 on in monte scomeo. et erit iherlm sca-  
 et alieni non transibunt per eam amplius.  
 Et erit in die illa stillabunt montes  
 dulcedine. et colles fluent lacte. Et per  
 omnes riuos uida ibunt aque. et fons  
 de domo dñi egredietur. et irrigabit tor-  
 rentem spinarum. **E**gyptus in desolationem  
 erit. et ydumea in desertum pditionis.  
 pro eo quod unquam egerint in filios ju-  
 da. et effuderunt sanguinem innocentem  
 in terra sua. Et iudea in eternum habi-  
 tabitur. et iherlm in generatione et genera-  
 tione. **E**t mundabo sanguinem eorum. quem  
 non mundaueram. et dominus com-  
 morabitur in syon. **Explicit Joel propheta.**  
**Incipit prologus in amos propheta.**

**A**mos pastor et rusticus. et roborum  
 Amos distringens. paucis uerbis  
 explicari non potest. Quis enim digne  
 exprimat tria et quatuor scelera damas-  
 ci. gaze. tyri. ydumee. filiorum amon  
 et moab. et in septimo octauoque gradu in  
 de et iherlm. **H**ic loquitur ad uaccas  
 pingues. que erant in monte samarie.  
 et ruituram maiorem domum minorumq. testa-  
 tur. Ipse cernit fictorem locustarum. et stantem  
 dominum super murum litum et amantanum. et  
 uincinum pomorum attrahentem supplicia pec-  
 catoribus. et famem in terra. non famem pa-  
 nis neque sitim aquarum. sed audiendi uerbum  
 domini. **Explicit prologus.**

**Incipit liber amos prophete.**

**VERBA AMOS.**

**A**mos qui fuit in pastoralibus  
 de thecue. que uidit  
 super isrl in diebus orie  
 regis uida. et in diebus  
 ieroboam filij ioas regis isrl. ante duos  
 annos terremotus. Et dixit. Dñs de syon  
 rugiet. et de iherlm dabit uocem suam. Et  
 luxerunt speciosa pastorum. et exsiccatus est  
 uertex carmeli. **H**ec dicit dñs. Super tribus  
 sceleribus damasce. et super quatuor non  
 conuertam eam. eo quod traurauerit.  
 in plaustris ferreis galaad. Et imittam  
 ignem in domum azael. et deuorabit do-  
 mus ammadab. et conteram uertem damas-  
 ci. et disydiam habitatores de campo ydo-  
 li. et tenentem sceptrum de domo uolup-  
 tatis. et transferetur populus syrie cy-  
 renei dicit dñs. **H**ec dicit dñs. Super tribus  
 sceleribus gaze. et super quatuor non con-  
 uertam eam. eo quod transtulerit cap-  
 tuitatem pfectam. ut concluderet eam  
 in ydumeam. Et imittam ignem in mu-  
 rum gaze. et deuorabit edes eius. et disy-



dam habitatorē de azoto. et tenuerit scepterū  
uectigales erunt. et fortitudo eius a ter-  
rore transibit. et pauebunt fugientes  
principes eius. Dixit dñs cui ignis est  
in syon. et camin' eius in iherlm. Ecce  
in iusticia regnabit rex. et principes in iu-  
dicio p̄erunt. et erit uir sicut qui absco-  
ditur a uento. et celat se a tempestate.  
sicut riuu aquarū in siti. et umbra pe-  
tre p̄minentis in terra deserta. Non cali-  
gabunt ocli uidentū. et aures audientū  
diligenter auscultabunt. et cor stultorū  
intelliget scientiam. et lingua balborū



uelociter loquetur et plane. Non uocabitur  
 ultra is qui insipiens est princeps: neque fraudulenti  
 appellabitur maior. Stultus enim  
 fatua loquetur. et cor eius facit iniquitatem  
 ut perficiat simulationem. et loquatur ad do-  
 minum fraudulenter. et uaciam faciat ani-  
 mam esuriens. et potum sitientia auferat. frau-  
 dulenti uasa pessima sunt. Ipse enim cogita-  
 tionem concinnauit ad persequendos mites. in ser-  
 mone mendacium. cum loqueretur pauper iudi-  
 cium. Princeps uero ea que digna sunt prin-  
 cipe cogitabit. et ipse super duces stabit. Mu-  
 lieres opulente surgite. et audite uocem me-  
 am. filii confidentes. percipite auribus eloqui-  
 um meum. Post dies enim et annum. et uos  
 conturbabimini confidentes. Consumma-  
 ta est enim uindicta. collectio ultra non ueniet.  
 Obstupescite opulenti. conturbabimini con-  
 fidentes. exuite uos et confundimini. ac-  
 cingite lumbos uros. Super ubera plangi-  
 te. super regione desiderabili. super uinea fer-  
 tili. Super humum populi mei. spina et uepre  
 ascendant. quanto magis super omnes domos  
 gaudij ciuitatis exultantis. Domus enim  
 dimissa est. multitudo urbis relicta est. tene-  
 bris et palpatione facti sunt super speluncas  
 usque in eternum. gaudium onagrorum pasceat  
 gregum. donec effundat super nos spiritus de  
 excelsis. Et erit desertum in cherimel. et  
 cherimel in saltum reputabitur. et habita-  
 bit in solitudine iudicium. et iusticia in cher-  
 mel sedebit. Et erit opus iusticie pax. et  
 cultus iusticie silentium. et securitas usque  
 in sempiternum. Et sedebit populus meus  
 in pulchritudine pacis. et in tabernaculis  
 fidei et in regie opulenta. Grando  
 autem in descensione saluus. et humilitate  
 humiliabitur ciuitas. Beati qui seminat  
 super omnes aquas. immittentes pedem bo-  
 uis et asini. Ve qui predaris. nonne et

ipse predaberis. et qui spiritus. nonne et ip-  
 se spiritus. Cum consummaueris depreda-  
 tionem depredaberis. cum fatigatus defueris  
 contempnere. contempnere. Domine misere-  
 re nostri. te enim expectauimus. esto brachium  
 nostrum in mane. et salus nostra in tempore tri-  
 bulationis. Auoce angeli fugerunt populi.  
 et ab exaltatione tua dispersi sunt gentes.  
 Et colligabuntur spolia uestra sicut colligitur  
 bruchus. uelut cum fosse plene fuerint  
 de eo. Magnificatus est dominus. quoniam habitauit  
 in excelsis. Impleuit syon iudicio et iusticia.  
 et erit fides in temporibus suis. Diuicie sa-  
 luti. sapientia. et scientia. timor domini ip-  
 se est thesaurus eius. Ecce uidentes clama-  
 bunt foris. angeli pacis amare stebunt.  
 Dissipate sunt uice. cessauit transiens per se-  
 mitam. irritum factum est pactum. periecit  
 ciuitas non reputauit homines. Luxit  
 et elanguit terra. confusus est libanus et  
 obsorduit. et factus est saron sicut deser-  
 tum. et concussa est basan et carmelus.  
**N**unc consurgam dicit dominus. non exaltabor  
 nunc subleuiabor. Concupietis ardorem  
 parietis stipulam. Spiritus uester ut ignis de-  
 uorabit uos. et erunt populi quasi de  
 incendio cinis. spiritus congregate igni con-  
 burentur. Audite qui longe estis que se-  
 cerum. et cognoscite uicini fortitudinem  
 meam. Conterriti sunt in syon peccatores.  
 possedit timor ypochritas. Quis poterit  
 habitare de uobis cum igne deuorante.  
 Aut quis habitabit de uobis cum ardori-  
 bus sempiternis. Qui ambulat in iusti-  
 cys et loquitur ueritatem. qui periecit auaricia  
 et calumnia et excutit manus suas ab  
 omni munere. qui obturat aures suas ne  
 audiat sanguinem. et claudit oculos suos  
 ne uideat malum. iste in excelsis habita-  
 bit. munimenta saxorum sublimitas eius.



panis ei datus ē. / aque eius fideles sunt. / Regem in decore suo uidebunt ocli eius. / cernent terram delonge. / cor tuum medita-  
bitur timorē. / Vbi ē litteratus. / ubi le-  
gis uerba ponderans. / Vbi doctor par-  
uulorū. / Poplū imprudentē n̄ uidebis. /  
pplū alti sermonis. / ita ut n̄ possis intel-  
ligere differtitudinē lingue eius. in quo nul-  
la ē sapientia. / Respice syon sollempnitatis  
nr̄e ciuitatē. / Ocli tui uidebunt iherlm̄ ha-  
bitationē opulentā. / tabernaculū quod  
nequaquā transferri potest. / Non auferen-  
tur clauis eius in sempiternū. et omnes  
funiculi eius non rumpent. / quia solum  
modo ibi magnificus dñs d̄s nr̄. / Loc⁹  
fluuioꝝ riuū latissimi et patentes. / Non  
transibit p̄ eam nauis remigum. / neq; t̄re-  
ris magna transgredietur eū. / Dñs enim  
iudex nr̄. / dñs legis nr̄. / dñs rex nr̄. / ipse  
saluabit nos. / Laxati sunt funiculi tui. / sed  
n̄ preualebt. / Sic erit malus tuus. / ut di-  
latare signum n̄ queas. / Tunc diuident  
spolia p̄daxam multarū. / claudi diripient  
rapinā. / nec dicet uicinus elanguy. / Ppls  
qui habitat in ea. / auferet ab eo unguittā.  
**A**ccedite gentes et audite. / et populi atten-  
dite. / Audiat terra et plenitudo eius. / orbis  
et omne germen eius. / quia indignatio do-  
mini sup̄ omnes gentes. / et furor sup̄ uniu-  
ersam maliciā eoz. / Interfecit eos. / et deiecit eos  
in occasionē. / Interfecti eoz p̄cient. / et de  
cadaueribus eoz ascendet fetor. / Tabescent  
montes a sanguine eoz. / et tabescent omnes  
milicia celoz. / Et complicabunt sicut liber  
celi. / et omnis milicia celoz defluet. / sicut  
defluit solum de uinea. / et de ficu. / qm̄  
inebriatus ē in celo gladius nr̄. / Ecce su-  
p̄ ydumeam descendet. / et sup̄ pplū ut-  
fectionis nr̄e ad iudiciū. / Gladius dñi  
repletus ē sanguine. / in crassatus ē adipe.

de sanguine agnozū et hircorū. / de sangui-  
ne medullatorū arictū. / Victimā enim dñi  
in bosra. / et interfectio magna in terra edō.  
Et descendunt unicornes cum eis. / et tau-  
ri cum potentibus. / Inebriabitur t̄ra eoz  
sanguine. / et humus eoz adipe pinguium.  
Quia dies ultionis dñi. / annus retributionū  
iudicij syon. / & conuertentur turretes  
eius in picē. / et humus eius in sulphur. / &  
erit terra eius in picē ardentem nocte et die.  
n̄ extinguetur in sempiternū. / Ascendet  
fumus eius a generatione in generationē.  
desolabitur in s̄clm̄ s̄clm̄. / non erit transit⁹  
p̄ eam. / Et possidebunt illam onocrotalus  
et ericius. / et ibyx. / et coruus habitabunt  
in ea. / & extendetur sup̄ eam mensura. / ut  
redigatur ad nichilū. / et perpendicularū in de-  
solationē. / Nobiles eius n̄ erunt ibi. / regē  
potius uniuocabunt. / et omnes p̄ncipes eius  
erunt in nichilū. / Et orientur in domib⁹  
eius sp̄ng. / et urax et palurus in mun-  
tionibus eius. / Et erit cubile draconū. / &  
pascua strutionū. / et occurrent demonia  
onocentauris. / et pilosus clamabit alter  
ad alterū. / Ibi cubabit lamia. / et inuenit  
sibi reguem. / Ibi habuit foueam ericius  
et enutruit catulos. / et circumfudit et  
fouit in umbra eius. / Illic congregati s̄t  
milui. / alter ad alterum. / Requirit diligenter  
in libro dñi et legitur. / unum ex eis  
n̄ defuit alter alterū n̄ quesuit. / quia qd̄  
ex ore meo p̄cedit. / ille mandauit. / et sp̄ci  
ipse congregauit ea. / et ipse misit eis fortē  
et manus eius diuisit eam illis in m̄surā.  
Usq; meternū possidebunt eam. / in genera-  
tione et generationē habitabunt in ea.  
**L**etabitur deserta et inuia. / et exultabit  
solitudo. / et florebit quasi liliū. / Germinās  
germinabit. / et exultabit letabunda et  
laudans. / Gtā lybanū data ē ei. / decor car-



meli et saroy. Ipsi uidebunt gl'am dñi/et  
 decorē dñi nri. Confortate manus dissolutas:  
 et genua debilia roborate. Dicite pusillani-  
 mis/ confortamini. et nolite timere. Ecce  
 d's ur' ultionē adducet retributionis: d's  
 ipse ueniet et saluabit nos. Tunc aperi-  
 entur ocli cecoz. et aures surdoru pate-  
 bunt. Tunc saturet sicut ceruus claudus.  
 et apta erit lingua mutoru. quia scisse  
 sunt in deserto aque. et torrentes in soli-  
 tudine. et que erat arida in stagnum.  
 et sitiens in fontes aquaru. In cubilib' in  
 quibus prius dracones habitabant. ouet  
 uiroz calami et uinci. Et erit ibi semita &  
 uia. et uia scā uocabitur. Non transibit  
 p eam pollutus. et hec erit nobis directa  
 uia. ita ut stulti non errent p eam. Non e-  
 rit ibi leo. nec mala bestia. n̄ ascendet p  
 eam. nec inuicuetur ibi. Et ambulabunt  
 qui liberati fuerint et redempti a dño.  
 conuertentur et uenient in syon cū lau-  
 de et leticia sempiterna sup caput eoru.  
 Gaudiu et leticiam optinebunt: fugiet do-  
 lor et gemitus. **E**t factum ē in quar-  
 to decimo anno regis ezechiez ascendit  
 semacherib rex assyriozū sup omnes ciui-  
 tates iudez munitas. et cepit eas. Et mi-  
 sit rex assyriozū rapsaces de lachis in ihe-  
 rusalem. ad regem ezechiam in manu gra-  
 ui. et stetit in aqueductu piscine supio-  
 ris. in uia agri fullonis. & egressus ē ad  
 eum eliabim filius helchye qui erat su-  
 p domum. et sompna scriba. noac fili'  
 asaph a commentarijs. Et dixit ad eos rap-  
 saces. Dicite ezechiez. Hec dicit rex magn'  
 rex assyriozū. Que ē ista fiducia qua confi-  
 dis. aut quo consilio et fortitudine rebella-  
 re disposis. Sup quē habes fiducia. quia  
 recessisti a me. Ecce confidis sup baculū  
 harundineū contractū istū sup egyptū.

cui si missus fuerit homo intrabit in ma-  
 nu eius et pforabit eam. Sic pharao rex  
 egypti omnib' qui confidunt in eo. Quod  
 si responderis in in dño dō nro confidim'.  
 nonne ipse ē cui' abstulit ezechias excel-  
 sa et altaria. et dixit uide et iherl'm co-  
 ram altari isto adorabitis. & n̄c trade-  
 te dño meo regi assyrioz. et dabo tibi  
 duo milia equozū. nec poteris ex te pre-  
 bere ascensores eozū. Et quom̄ sustinebis  
 faciem iudicis unius loci. ex seruis dñi  
 mei minoribus. Quod si confidis in egypto  
 in quadrigis et in equitib'. et nunc nū  
 quid sine dño ascendi ad terrā istam ut  
 disperderem eam. Dñs dixit ad me. Ascen-  
 de sup terram istam. et disipe eam. Et  
 dixit eliabim et sompna et ioac ad rapsa-  
 ces. Loquere ad seruos tuos syra lingua.  
 Intelligimus enim. Ne loquaris ad nos  
 iudaice. in auribus ppli qui ē sup muro.  
 & dixit ad eos rapsaces. Numquid ad dñm  
 tuum et ad te misit me dñs meus ut loque-  
 rer omnia uerba ista. et n̄ potius ad uiros  
 qui sedent sup murū ut comedant ster-  
 cora sua. et bibant urinā pecudū suozū  
 uobiscum. & stetit rapsaces. et exclama-  
 uit uoce magna iudaice et dixit. Audite  
 uerba regis magni regis assyriozū. Hec di-  
 cit rex. Non seducat uos ezechias quia n̄  
 poterit crucere uos. et n̄ uobis tribuat fidu-  
 ciam ezechias sup dño dicens. Cruens libe-  
 rabit uos dñs. non dabitur ciuitas ista in  
 manu regis assyrioz. Nolite audire eze-  
 chiam. Hec enim dicit rex assyriozū. Facite  
 mecum benedictionē et egredimini ad me.  
 et coeedit uniusquisq; uineā suā. et unius-  
 quisq; ficū suam. et bibite uniusquisq; aquā  
 cisterne suā. donec ueniam et collam uos  
 ad terrā que ē ut terra ur̄a. terrā frumti  
 et uini. terrā panū et uinearū. Hec con-



turbet uos ezechias dicens. Dominus liberabit nos. Numquid liberauerunt dii gentium unusquisque terram suam de manu regis assyriorum. Vbi est deus enath et arphach. Vbi est deus sepbaruam. Numquid liberauerunt samariam de manu mea. Quis est ex omnibus diis terrarum istarum qui eruerit terram suam de manu mea. ut eruat dominus iherusalem de manu mea. et filuerunt. et non responderunt ei uerbum. Mandauerat enim eis rex dicens. ne respondeatis ei. et ingressus est eliachim filius helchis qui erat super domum et sompna scriba. et ioac filius asaph a comitibus ad ezechiam scissis uestibus. et nunciauerunt ei uerba rapſacis. Et factum est cum audisset rex ezechias scidit uestimenta sua et obuolutus est sacco. et sedit in cinere. Et intrauit in domum domini. et misit eliachim qui erat super domum. et sompnam scribam. et seniores de sacerdotibus optimos sacris ad yſaiam filium amos prophetam. et dixerunt ad eum. Hec dicit ezechias. Dies tribulationis et correptionis et blasphemie dies hec. quia uenerunt filij usque ad partum. et uirtus non est parientis. Si quomodo audiat dominus deus tuus uerba rapſacis quem misit rex assyriorum dominus tuus ad blasphemandum dominum uiuentem. et exprobandum sermonibus quos mandauit dominus deus tuus. Iam ergo orationem pro reliquijs que repta sunt. Et uenerunt serui regis ezechie ad yſaiam prophetam. et dixit ad eos yſaias. Hec dicit dominus deus uostro. Hec dicit dominus. Ne timeas a facie uerborum que audisti. quibus blasphemauerunt pueri regis assyriorum me. Ecce ego dabo ei spiritum. et audiet nuncium. et reuertet ad terram suam. et corrumpere eum faciam gladio in terra sua. Reuersus est autem rapſaces. et inuenit regem assyriorum prestantem aduersus lobna. Audierat enim

quod profectus esset de lachis. et audiuit de taracha rege ethyopie dicentes. egressus est ut pugnet contra te. Quod cum audisset. misit nuncios ad ezechiam dicens. Hec dicitis ezechie regi uide loquentes. Non te decipiat deus tuus in quo tu confidis dicens. Non dabitur iherusalem in manu regis assyriorum. Ecce tu audisti omnia que fecerunt reges assyriorum. omnibus terris quas subuerterunt. et tu poteris liberari. Numquid eruerunt eos dii gentium quos subuerterunt patres mei. zoran. et aran. et reſeph. et filios eden. qui erant in thalassar. Vbi est rex enath. et rex arphach. et rex urbis sepbaruam. anah. et aua. Et tulit ezechias libros de manu nunciorum et legit eos. et ascendit in domum domini. et expandit eos ezechias coram domino. et orauit ezechias ad dominum dicens. Domine exercituum deus israel. qui sedes super cherubin. tu es deus solus omnium regionum terre. tu fecisti celum et terram. Inclina domine aurem tuam et audi. apertis oculos tuos et uide. et audi omnia uerba sennacherib qui misit ad blasphemandum dominum uiuentem. Vere enim domine desertas fecit rex assyriorum terras et regiones earum. et dederit deos earum igni. Non enim erant dii sed opera manuum hominum. lignum et lapides. et comminuerunt eos. Et nunc domine deus noster. salua nos de manu eius. et cognoscant omnia regna terre quia tu es dominus solus. Et misit yſaias filius amos ad ezechiam dicens. Hec dicit dominus deus israel. Pro quibus rogasti me de sennacherib rege assyriorum. hoc est uerbum quod loquutus est dominus super eum. Desperat te sublatauit te uirgo filia syon. post te caput mouit uirgo filia iherusalem. Cui exprobrasti. et quem blasphemasti. et super quem exaltasti uocem. et leuasti altitudinem octulorum tuorum. Ad sanctum israel. In manu seruorum



tuorū exprobraſti dño et dixiſti. In multitu-  
dine quadrigarū mearū aſcendam altitu-  
dine montū. iuga lybam et ſuccidā excel-  
ſa cedrorum ei⁹ et electas abietes illius. &  
utroibo altitudinē ſummitatis eius. Sal-  
tum carmeli eius ego fodi et bibi aquam.  
et ſiccā ueſtigio pedis mei. om̄s riuos ag-  
gerum. Numquid n̄ audiſti que olim fece-  
rim ei⁹. Ex dieb⁹ antiquis ego plaſinaui illō.  
et nunc adduxi. & factum ē in edificatione  
collium compugnantium. et ciuitatū mu-  
nitarū. Habitatores earū breuiata manu  
contremuerunt. et confuſi ſunt. facti ſūt  
ſicut ſenum agri. & graminen paſcuę. et  
herba tectorū. que exaruit antequā ma-  
reſceret. Habitationē tuam et egreſſū tuū  
et introitū tuū ego cognoui. et inſaniam tu-  
am contra me. Cum ſurrexeris aduerſum me.  
ſupbia tua aſcendit in aureſ meas. Ponā  
ergo arcū ciliū in naribus tuis et frenum in  
labijs tuis. et reducam te in uia p̄ quam  
ueniſti. Tibi autē hoc erit ſignū. Comede  
hoc anno que ſponte naſcuntur. et in an-  
no ſecūdo pomis uelcere. In anno autē tertio  
ſeminate et metite. plantate uineas &  
comedite fructus earū. & remittet id qđ  
ſaluatum fuerit de domo iuda. et quod  
reliquum ē radice⁹ deorſū. et faciet fructū  
firmiter. quia de iherl̄m exibunt reliquę  
et ſaluatio de monte ſyon. Zelus dñi ex-  
ercituum faciet iſtud. Propterea hec dicit  
dñs. de rege aſſiriorū. Non introibit in  
ciuitatē hanc et n̄ iacet ibi ſagittam. &  
n̄ occupabit eam clipeus. et n̄ mittet in cir-  
cuitu eius aggerem. In uia qua uenit p̄  
eam reuertetur. et ciuitatē hanc non in-  
gredietur. dicit dñs. et p̄regam ciuitatē  
iſtam ut ſaluem eā. p̄pter me et p̄pter  
dauid ſeruū meū. Egreſſus ē autē angls  
dñi. et percuſit in caſtris aſſiriorū centum

octoginta quinque milia. Et ſurrexerunt  
mane. et ecce omnia cadauera mortuorū.  
& egreſſus ē. et abiit. et reuerſus ē ſenna-  
cherib rex aſſiriorū et habitauit in nini-  
ue. Et factum ē cum adoraret in templo  
neſtaſph dñi ſuum. ad ramalech et ſara-  
ſar filii eius percuſerunt eum gladio. ſu-  
geruntq; in terrā aratach. et regnauit  
aſſoradorū filius ei⁹ p̄ eo. **I**n diebus illis  
egrotauit ezechias uſq; ad mortē. et introi-  
uit ad eum yſaias fili⁹ amos ppha. et dixit  
ei. Hec dicit dñs. Diſpone domui tue.  
quia moueris tu et n̄ uiues. Et conuertat  
ezechias ſuā faciē ad parietē. et orauit  
ad dñm et dixit. Obſecro dñe memento  
queſo quom̄ ambulauerim coram te in  
ueritate & in corde p̄fecto. et quod bonū ē  
in oculis tuis fecerim. & fleuit ezechias  
fleu magno. Et factum ē uerbu⁹ dñi ad  
yſaiam dicens. Vade et dic ezechie. Hec di-  
cit dñs d̄s dauid patris tui. Audiu orati-  
onē tuā. uidi lacrimas tuas. Ecce ego ad-  
iciam ſup dies tuos quindecim annos. et  
de manu regis aſſiriorū eruiam te. et ciuita-  
tem iſtam. et p̄regam eam. Hoc autē tibi  
erit ſignum a dño. quia faciet dñs uerbu⁹  
hoc quod loquutus ē. Ecce ego reuerſi fa-  
ciam umbram linearū p̄ quas deſcenderat  
in orologio achaz in ſole retroſum. decē  
lineis. Et reuerſus ē ſol decē lineis p̄ gra-  
dus quos deſcenderat. **Canticum Eze-  
chie regis iuda poſtquam conualuit  
de infirmitate ſua et dixit.**  
**E**go dixi in dimidio dierum meorum.  
Quadam ad portas inferi. Queſiui re-  
ſiduum annorū meorū. dixi. non uidebo  
dñm dñm in terra uiuentiū. Non aſpiciam  
hominē ultia. et habitatorē. Queuit ge-  
neratio mea. ablata ē et conuoluta eſt  
a me. quaſi tabernaculum paſtorū. Preciſa



ē uelut a tenebris uita mea. Dum adhuc or-  
dixer: succidit me; de mane usq; ad uespe-  
ram finiet me. Spabam usq; ad mane. q̄ si  
leo sic contriuit omnia ossa mea. De mane  
usq; ad uespam finiet me; sicut pullus  
yrundinis sic clamabo. meditabor ut co-  
lumba. Attenuati sunt oculi mei: sus-  
picientes in excelsis. Dñe uim patios respō-  
de p me; quid dicam aut quid responde-  
bit michi cū ipse fecerim. Recogitabo  
omnes annos meos: in amaritudine anime  
meę. Dñe si sic uiuitur et in talib; uita spē  
mei: corripies me et uiuificabis me. Ecce in  
pace amaritudo mea amarissima. Tu autē  
eruis animā meā ut n̄ p̄iret. p̄icisti p̄  
tergum tuum omnia peccata mea. Quia  
n̄ infernus confitebitur t̄. neq; mors lau-  
dabit te. & n̄ expectabunt qui descendi-  
t in lacum ueritatē tuā. uiuens uiuens  
ipse confitebitur t̄. sicut et ego hodie; pa-  
ter filijs notam faciet ueritatē tuam.  
Dñe saluū me fac. et psalmos nr̄s can-  
tabimus cunctis diebus uite nr̄ę in  
domo dñi. Et iussit yſaias ut colleret  
massam de ficis. et cataplasmarent sup  
uulnus et sanaretur. **E** dixit ezechias.  
Quod erit signum quia ascendam in do-  
mum dñi. **I**n tempore illo misit mero-  
dach baladai filius baladam. rex baby-  
lonis libros et munera ad ezechiam. Au-  
dierat enim quod egrotasset. et conualuit  
set. Letatus ē autē sup eis ezechias. et  
ostendit eis cellam aromatum. argenti  
et auri. et odoramentoy et unguentoy  
optimi. et omnes apothecas supelle-  
ctilis sup. et uniuersa que inuenta sunt  
in thesauris eius. Non fuit uerbum qd  
n̄ ostenderet eis ezechias in domo sua.  
et in omni potestate sua. Intrauit autē  
yſaias ppha ad regē ezechiam. et dixit

ej. Quid dixerunt uiri isti et unde uene-  
runt ad te. **E** dixit ezechias. De terra  
longinqua uenerunt ad me. de babilone.  
Et dixit yſaias. Quid uiderunt in domo  
tua. **E** dixit ezechias. Omnia que in do-  
mo mea sunt uiderunt. Non fuit res  
quam n̄ ostenderim eis in thesauris meis.  
Et dixit yſaias ad ezechiam. Audi uerbum  
dñi exercituum. Ecce dies ueniunt. et aufe-  
rentur omnia que in domo tua sunt.  
et que thesaurizauerunt patres tuy usq;  
ad diem hanc in babilone. Non relinquet  
quicquā dicit dñs. Et de filijs tuis q̄ exi-  
bit de te. quos genueris tollent. et erunt  
eunuchi in palatio regis babilonis. **E**t  
dixit ezechias ad yſaiam. Bonum uer-  
bum dñi quod loquutus ē. **E** dixit. si  
at tantam par et ueritas in dieb; meis.  
**C**onsolamini consolamini popule meus.  
dicit d̄s ur̄. loquimini ad cor iherlm̄ et ad-  
uocate eam: qm̄ completa ē malicia eius.  
dimissa ē iniquitas illius. Suscepit de ma-  
ni dñi duplicia: pomnub; peccatis suis.  
Vox clamantis in deserto parate uā dñi.  
rectas facite in solitudine semitas d̄i nr̄i.  
Omnis uallis implebitur. et omnis  
mons et collis humiliabitur. et erunt  
praua indirecta et aspa in uias planas.  
Et reuelabitur gl̄a dñi. et uidebit omnis  
caro pariter: quod os dñi loquutus ē. **V**ox  
dicentis. Clama. **E**t dixit. Quid clamabo.  
Omnis caro fennum. et omnis gl̄a eius quasi  
flos agri. Exsiccatum ē fennum. et cecidit  
flos. quia spē d̄i sufflauit in eo. Vere: fe-  
num ē populus. Exsiccatum ē fennum. et  
cecidit flos: uerbu autē dñi manet in ec-  
cl̄a. **S**up montē excelsum ascende tu  
qui euangelizas syon. exalta in fortitudi-  
ne uocē tuam. qui euangelizas iherlm̄.  
Exalta. noli timere; dic ciuitatib; iudę.



Ecce dñs ur̄: ecce dñs dñs in fortitudine ueni-  
 et: & brachiū eius dominabitur. Ecce mer-  
 ces eius cum eo: et opus illius coram illo.  
 Sicut pastor gregem suū pascat: in brachio  
 suo congregabit agnos: et in sinu suo le-  
 uabit: feras ipse portabit. Quis mens  
 ē pugillo aquas: et celos palmo ponderauit:  
 Quis appendit tribus digitis molem terre:  
 et librauit in pondere montes. et colles in  
 statera. Quis adiuuit sp̄m dñi: aut quis  
 confiharius eius fuit et ostendit ei: Cum  
 quo iuit consilium et instruxit eum. et  
 uocauit eum sententiam iusticie: et erudiuit  
 eū scientiā. et uiam prudentie ostendit il-  
 li. Ecce gentes quasi stilla stulz: et quasi  
 momentū staterę reputatę sunt. Ecce in  
 silis quasi puluis eriguus: et lybanus n̄  
 sufficit ad succidendum. et animalia  
 eius n̄ sufficient ad holocaustum. Om̄s  
 gentes quasi non sint. sic sunt coram eo:  
 et quasi nichilū et mane reputatę sunt  
 ei. Cui ḡ simile fecistis dñm: aut quam  
 imaginē ponetis ei. Nunquid sculpsit con-  
 flauit faber: aut aurifex auro figurauit  
 illud. et laminis argenteis argentarius:  
 forte lignum et imputribile elegit artifex  
 sapiens: et querit quom̄ staturat simu-  
 lachrū quod n̄ moueatur. Nunquid non  
 sciatis: Nunquid n̄ audietis: Nunquid  
 n̄ annunciatū ē ab initio uobis: Nunquid  
 n̄ intellexistis fundamenta terre: Qui  
 sedet sup̄ gyrum terre: et habitatores  
 eius sunt quasi locustę. Qui extendit  
 uelut nichilū celos: et expandit eos sicut  
 tabernaculū ad inhabitandū. Qui dat  
 secretorū scrutatores quasi n̄ sint: uidi-  
 ces terre uelut mane fecit. Et quidem  
 neq; plantatus. neq; satus. neq; radicans  
 in terra truncus eorū. Repente flauit  
 in eos et aruerunt: et turbo quasi stipu-

lam auferet eos: Et cui assimilastis me  
 et adequastis dicit sēs: Leuate in excessū  
 oculos ur̄s: et uidete quis creauit hec.  
 Qui educit in numero miliciā eorū: et  
 om̄s ex nomine uocat. Pre multitudine  
 fortitudinis et roboris uirtutisq; eius:  
 neq; unū reliquū fuit. Quare dicit iacob  
 et loqueris isrl̄. abscondita ē uia mea ad do-  
 mino: et a deo meo iudiciū meū transibit.  
 Nunquid nescis aut n̄ audisti. Deus sepi-  
 ternus dñs qui creauit terminos terre.  
 n̄ deficiet neq; laborabit: nec ē inuestiga-  
 tio sapientie eius. Qui dat lassō uirtutē:  
 et his qui n̄ sunt. fortitudinē et robur  
 multiplicat. Deficient pueri et labora-  
 bunt: et iuuenes in infirmitate cadent.  
 Qui autē sp̄ant in dño mutabunt fortitu-  
 dinē. assument pennas sicut aquilę: cur-  
 rent et n̄ laborabunt. ambulabunt et n̄  
 deficient. Taceant ad me insulę: et gen-  
 tes mutent fortitudinē. Accedant et tē  
 loquantur: simul ad iudiciū p̄pinquem.  
 Quis suscitauit ab oriente iustum: uoca-  
 uit eum ut sequerēt se: Dabit in con-  
 spectu eius gentes: et reges optinebit.  
 Dabit quasi puluerē gladio ei: sicut sti-  
 pulam uento raptā arcu eius: P̄sequet  
 eos transibit in pace: semita in pedib; ei  
 n̄ apparebit. Quis opatus ē hec et fecit:  
 uocans generationes ab exordio: ego dñs:  
 primus et nouissimus ego sum. Vidēt  
 insulę et timuerunt: extrema terre obstu-  
 puerunt. Appropinquauerunt et accel-  
 serunt: unusquisq; proximo suo auxilia-  
 bitur: et fr̄i suo dicit confortare. Confor-  
 tabit faber erarius p̄ciens malleo  
 eum qui cudebat tunc tēpous dicens:  
 glutino bonum ē. Et confortauit eū  
 clauis: ut n̄ moueat. Et tu isrl̄ serue  
 meus iacob quē elegi. semen abraham



amici mei. in quo apprehendi te. ab extre-  
 mis terre. et a longinquis eius uocaui te.  
 Et dixi tibi. Seruus meus es tu. elegi te  
 et non abiecti te. Ne timeas quia tecum sum  
 ego. ne declines quia ego deus tuus confre-  
 tauit te. et auxiliatus sum tui. et suscepi  
 te dextera iustitiae meae. Ecce confundentur  
 et erubescunt omnes qui pugnant aduersus  
 te. Erunt quasi non sunt. et peribunt uiri  
 qui contradicunt tibi. Queres eos. et non inue-  
 nies uiros rebelles tuos. Erunt quasi non  
 sunt. et ueluti consumptio hominis bel-  
 lantis aduersum te. quia ego dominus deus tu-  
 us apprehendens manum tuam dicensque tibi.  
 Ne timeas. ego adiuui te. Non time-  
 uerunt iacob. qui mortui estis ex israel.  
 Ego auxiliatus sum tui dicit dominus. et re-  
 demptor tuus sanctus israel. Ego posui te  
 quasi plaustrum triturans nouum. ha-  
 bens rostra serrantia. Triturabis montes et  
 communies. et colles quasi puluerem pones.  
 Ventilabis eos. et uentus tollet. et turbo  
 disperget eos. et turgultabis in domino. et in  
 sancto israel letaberis. Egredi et pauperes quere  
 aquas et non sunt. lingua eorum sicc-  
 aruit. Ego dominus gaudiam eos. deus israel non  
 derelinquam eos. Apicem insuperius collibus  
 flumina. et in medio camporum fontes. Po-  
 nam desertum in stagna aquarum. et ter-  
 ram inuiam in riuos aquarum. Dabo in soli-  
 tudine cedrum. et spicam et myrtum et lig-  
 num oliuae. Ponom in deserto abietem. et  
 ulmum et buxum simul. ut uideant et  
 sciant. et recogitent. et intelligant pari-  
 ter. quia manus domini fecit hoc. et sanctus  
 israel creauit illud. **P**rope facite iudici-  
 um uirum dicit dominus. afferite siquid forte ha-  
 betis dixit rex iacob. Accedant et nun-  
 cient nobis quaecumque uentura sunt.  
**P**riora que fuerunt nunciare. et ponent

cor nostrum. et sciemus nouissima eorum. et que  
 uentura sunt indicare nobis. Annunciate  
 que uentura sunt in futurum. et sciemus quia  
 domini estis uos. Bene quoque aut male si po-  
 testis facite. et loquamur et uideamus  
 simul. Ecce uos estis ex nichilo. et opus  
 uirum ex eo quod non est. Abominatio est qui  
 elegit uos. Suscitauit ab aquilone. et uenit  
 ab ortu solis. Vocabit nomen meum et addu-  
 cet magistratus quasi lutum. et uelut  
 plastes conculcans humum. Quis annunciauit  
 ab exordio ut sciamus. et a principio ut dica-  
 mus iustus est. Non est neque annuncians  
 neque predicans. neque audiens sermones uirum.  
**P**rimus ad syon dicit ecce assum. et iherosolimam  
 euangelistam dabo. Et iudi et non erat neque  
 ex istis quisquam qui uiret consilium. et inter-  
 rogatus responderet uerbum. Ecce omnes  
 inuisti. et uana opa eorum. uentus et mane  
 simulachra eorum. Ecce seruus meus suscipiam  
 eum. electus meus. complacuit sibi in illo  
 anima mea. Dedi spiritum meum super eum. iudici-  
 um gentibus proferet. Non clamabit neque ac-  
 cipiet personam. neque audiet foris uox eius.  
 Calamum quasi scissum non conteret. et linum  
 funigans non extinguet. In ueritate educet  
 iudicium. non erit tristis neque turbulens.  
 donec ponat in terra iudicium. et legem eius  
 insule expectabunt. Hec dicit dominus deus creans  
 celos et extendens eos. firmans terram et  
 que germinant ex ea. dans flatum populo  
 qui est super eam. et spiritum calcantibus eam. Ego  
 dominus uocaui te in iusticia. et apprehendi  
 manum tuam et seruaui te. et dedi te in sedem  
 populi in lucem gentium. ut aperires oculos cecorum.  
 et educeres de conclusione umbratos. de do-  
 mo carceris sedentes in tenebris. Ego dominus.  
 hoc est nomen meum. Gloriam meam alteri non  
 dabo. et laudem meam sculptilibus. Que pri-  
 ma fuerant ecce uenerunt. noua quoque



ego annuncio. Antequā oriātur: audita uobis faciam. **C**antate dño canticum nouum: laus ei⁹ ab extremis terre. Qui descendit in mare et plenitudo eius: in fuisse et habitatores eārū. Subleuet⁹ desertum et ciuitates eius: in domib⁹ ei⁹ habitabit cedar. Laudate habitatores petre: de uertice montū clamabunt. Ponent dño glām: et laudē eius in insulis nunciabunt. Dñs sicut fortis egredietur: et sicut uir p̄liator suscitabit zelum. **V**ociferabitur et clamabit: sup uniuersos suos confortabit. Tacu. semp filij. patiens fui: sic parcuriens loquar. Dissipabo et absorbebo simul: desertos faciam montes et colles. et omne gramen eorū exsicabo. Et ponam flumina in insulas. et stagna arefaciā: et educam cecos in uia quā nesciunt. et in sentis quas ignorauerunt ambulare eos faciam. Ponam tenebras coram eis in lucē: et praua in directa. Hec uerba feci eis. et n̄ reliqui eos: conuersi sunt retrorsum. Confundantur confusione qui confidunt in sculptili: qui dicunt conflati uos di⁹ nr̄i. Surdi audite: et cecy intuemini ad uidentium. **Q**s cecus. nisi seruus meus. Et surdus: nisi ad quē nuncios meos nisi. **Q**uis cecus: nisi qui uenudatus ē. **Q**s cecus. nisi seruus dñi. **Q**ui uidet multa: nonne custodies. **Q**ui aptas habes aures: nonne audies. **Q** dñs uoluit ut scificaret eum. et magnificaret legem et extolleret: ipse autem populus direptus et uastatus. Laqueus inueniunt om̄is. et in domibus carcerū absconditi sunt. Facti sunt in rapinā. nec est qui eruat: in direptionē nec est qui dicat reddet. **Q**uis ē in uobis qui audiat hoc: attendat et auscultet futura. **Q**uis dedit in direptionē iacob: et isrl̄ uastantib⁹. **J**omme domini ipse cui peccauimus. Et no-

luerunt in uis eius ambulare. et n̄ audierē legem eius: et effudit sup eum indignatio nē furoris sui et forte bellum. Et combussit eum in circuitu et n̄ cognouit: et succendit eum et n̄ intellexit. **E**t nunc hec dicit dñs creans te iacob: et formans te isrl̄. **N**oli timere quia redemi te: et uocaui te nomine tuo. meus es tu. Cum transieris p̄ aquas tecum ero: et flumina n̄ opiant te. Cum ambulaueris in igne n̄ combureris: et flamma n̄ ardebit in te. quia ego dñs d̄s tuus. sc̄s isrl̄ saluator tuus. Dedi p̄p̄tationē tuam. egyptū: ethyopiam et saba p̄ te. Ex quo honorabilis fact⁹ es in oculis meis et glōsius: ego dilexi te. Et dabo homines p̄ te: et populos p̄ anima tua. **N**oli timere: quoniam ego sum tecū. Ab oriente aducam semen tuum: et ab occidente congregabo te. Dicam aquiloni da: et austro noli prohibere. Affer filios meos de longinquo. et filias meas ab extremis terre: et omnē qui inuocat nomē meū. In glām meam erant eum: formauit eū et fecerunt. Educ foras populum cecum. et oculos habentem: surdum et aures ei sunt. Omnes gentes congregate sunt simul: et collecte sunt trib⁹. **Q**uis in uobis annunciet istud: et quē prima sunt audire uos faciet. **D**ent testes eorum et iustificentur: et audiant et dicant. **V**ere uos testes mei dicit dñs. et seruus meus quē elegi ut sciatis et credatis michi: et intelligatis quia ego ipse sū. **A**ntē me non ē formatus d̄s: et post me n̄ erit. **E**go sum. ego sum dñs: et n̄ ē absq̄ me saluator. **E**go annunciaui et saluaui: auditum feci. et n̄ fuit in uobis alienus. **V**os testes mei dicit dñs. et ego d̄s uester: et ab inicio ego ipse. et n̄ est qui de manu mea eruat. **O**pabor: et quis auertet illud. **H**ec dicit dñs redemptor uester:



scs isrl. Propter uos emisi babylonē. et  
 decraxi uectes uniuersos: et chaldeos in  
 nauibus suis gstantes. Ego dñs scs isrl:  
 creans isrl rex isrl. **H**ec dicit dñs qui  
 dedit in mari uiam. et in aquis torrenti  
 bus semitam: qui eduxit quadrigam &  
 equū agmen et robustū. Simul obdormi  
 erunt n̄ resurgent: coniecta sunt quasi  
 linum. et exancti sunt. Ne memineritis  
 priorū: et antiqua ne uiticamini. Ecce ego  
 facio noua. et nūc orientur: utiq; cognos  
 centur ea. Ponam in deserto uia: et in in  
 uio flumina. Glificabit me bestia agri.  
 dracones et strucciones: quia dedi in de  
 sero aquas. et flumina in inuio. ut dare  
 potum poplō meo. electo meo. Populū  
 istū formauī in: laud ē meā narrabit.  
 Non me inuocasti iacob: nec laborasti i me  
 isrl. Non obtulisti michi arietē holocausti  
 tui: et uictimis tuis n̄ glificasti me. Non te  
 seruire feci in oblatione: nec laborem t̄  
 prebui in thure. Non emisti michi argen  
 to calamū: et adipe uictimarū tuarum  
 n̄ inebriasti me. Verum tam seruire ore  
 fecisti in peccatis tuis: prebuiisti michi  
 labore in iniquitatib⁹ tuis. Ego sum ego  
 sum ipse qui deleo iniquitates tuas ppter  
 me: et peccatorū tuorum non recordabor.  
 Reduc me in memoriā: ut iudicemur  
 simul. Narra siquid habes: ut iustifice  
 ris. Pater tuus primus peccauit. et nūc  
 preces tu p̄uaticata sunt in me. et con  
 taminauī principes scōs. Dedi adinter  
 ntionē iacob: et isrl in blasphemiam.  
 Et nunc audi iacob serue meus: et isrl  
 quem elegi. Hec dicit dñs faciens et for  
 mans te: ab utero auxiliator tuus. Noli  
 timere serue m̄s iacob: et rectissime quē  
 elegi. Effundam enim aquā sup sitientē:  
 et fluenta sup aridam. Effundam sp̄m

meū sup semen tuum. et benedictionē meā  
 sup stirpē tuam. et germnabunt inter  
 herbas quasi salices iuxta p̄terfluentes  
 aquas. Iste dicit dñs ego sum. et ille uoca  
 bit in nomine iacob: et hic scribet manu  
 sua dñs. et in nomine dñi isrl assimilabit.  
**H**ec dicit dñs rex isrl et redemptor eius  
 dñs exercituum. Ego primus. et ego nouis  
 simus: et absq; me n̄ est d̄s. Quis simile  
 mei? Vocet et annunciet. et ordinē exponat  
 michi. Ex quo constituy poplū antiquum:  
 uentura et que futura sunt. annuncient  
 eis: Nolite timere: neq; conturbemini.  
 Ex tunc audire te feci et annunciaui: uos  
 estis testes me. Nunquid ē d̄s absq; me.  
 et formator quē ego n̄ nouerim? Plax̄ ydo  
 li omnes nichil sunt: et anantissima eorū  
 n̄ p̄derunt eis. Ipsi sunt testes eorum q̄a  
 n̄ uident. neq; intelligunt et confundant.  
 Quis formauit d̄m? et sculpale conflauit  
 ad nichil utile? Ecce omnes participes ei  
 confundentur: fabri enim sunt ex homi  
 nibus. Conueniunt omnes. stabunt. et  
 pauebunt et confundentur simul. Faber  
 ferrarius lima opatus ē. in prunis et in  
 malleis formauit illud: et opatus ē in  
 brachio uirtutis sue. Esuriet et deficiet:  
 et non bibet aquā et lascescet. Artifex lig  
 narius extendit normam. formauit illud  
 in runcina. fecit illud in angularibus:  
 et in circino tornauit illud: et fecit imagi  
 nem uiri. quasi speciosū hominē habi  
 tantem in domo. Succidit cedros: tulit  
 ilicē et quercū que steterāt in ligna sal  
 tus. Plantauit pinum quā pluuia enu  
 triuit: et facta ē hominib⁹ in focū. Sūp  
 sit ex eis et calefactus ē. et succedit et  
 corit panes: de reliquo autē opatus ē d̄m  
 et adorauit. fecit sculpale: et curuatus  
 ē ante illud. Oedum eius combussit igni:



et de medio eius carnes comedit. *Lyre pulmentum et saturatus ē: et calefactus ē et dicit. Wach calefactus sum et uidi focū. Reliquum autē ei dñi fecit. et sculptile sibi. Curuatur ante illud. et adorat illud. et obsecrat dicens. Libera me quia dñs meus es tu. Nescierunt neq; intellexerunt. oblitum sunt ne uideant ocli eorū. et ne intelligant corde suo. Non recogitant in mente sua neq; cognoscunt. neq; sentiūt ut dicant. medietatē eius combussi igne. et coxi sup carbones eius panes. et coxi carnes et comedi. et de reliquo eius ydolum faciam. Ante truncum ligni pcedam. Pars eius cuius ē. Cor insipiens adorauit illud. et nō liberabit animam suam neq; dicit. forte mendaciū ē in dextera mea. Memento horum iacob et isrl. qm̄ seruus meus es tu. formau te seruus me⁹ et tu isrl. non obliuisceris mei. Deleui ut nubē iniquitates tuas. et quasi nebulam peccata tua. Reuertere ad me qm̄ redemi te. Laudate celi qm̄ misericordia fecit dñs. uibilate extrema terre. Resonate montes laudationē saluus. et omne lignum eius qm̄ redemit dñs iacob. et israel glābitur. Hec dicit dñs redemptor tuus. et formator tuus ex utero. Ego sū dñs formans omnia. extendens celos solus. stabilis terra. et nullus mecū. irrita faciens signa diuinorū. et ariolos in furorē uertens. conuertens sapientes retrosum. et scientiam eorū stultam faciens. suscitans uerbū et scientiam serui sui. et consilium nuncioꝝ suorum dicens. Quid dico iherlm̄ habitaberis. et ciuitatib⁹ iuda edificabimini. et deserta eius suscitabo. Qui dico p̄fundo desolare. et flumina tua arefaciam. Qui dico cyro pater meus es tu. et omnē uoluntatē meā complebis. Q̄ dico*

**L**iberlm̄ edificaberis. et templo fundaberis. Hec dicit dñs xpo meo cyro. cui⁹ apprehendi dexteram. ut subiciam ante faciem et gentes et dorsa regum uertam. et apriam corā eo ianuas. et portę non claudentur. Ego ante te ibo. et gloriosos terre humiliabo. Portas creas conteram. et uectes ferreos confringam. et dabo tibi thesauros absconditos. et archana secretorū. ut scias qā ego dñs qui uoco nomen tuum dñs isrl. ppter seruum meū iacob. et isrl electū meum. Quocauit te nomine tuo. assimilauit te et nō cognouisti me. Ego dñs. et non ē ampl⁹. Ficta me non est dñs. Accurrite et nō cognouisti me. ut sciant hi qui ab ortu solis et qui ab occidente qm̄ absq; me non ē dñs. Ego dñs et nō est alter. formans lucē et creans tenebras. faciens pacē. et creans malū. Ego dñs faciens omnia hec. Rotate celi de sup et nubes pluant iustum. apiatur terra et germinet saluatorē. et iusticia oriatur simul. Ego dñs creauit eum. **Ve** q̄ contradicit fictori suo. testa de samyis terre. Nunquid dicit lutum figulo suo quid facis. et opus tuum absq; manib⁹ ē. **Ve** qui dicit patri quid generas. et mulieri quid parturis. Hec dicit dñs scs isrl plastel eius. **Uentura** interrogate me. sup filios meos et sup opus manuum mearū mandastis m̄. Ego feci terram. et hominē sup eam creauit ego. Manus meę tetenderunt celos. et omni ualidę eorū mandauit. Ego suscitauit eum ad iusticiā. et omnes uias eius dirigam. Ipse edificabit ciuitatē. et captiuitatē meam dimittet. non in precio neq; in numerib⁹ dicit dñs dñs exercituum. Hec dicit dñs. Labor egypti et negotiatio ethiopię. et sabam uiri sibilantes ad te transibunt et tui erunt. Post te ambulabunt. uincti manibus



pgent te adorabunt. teq; deprecabun-  
 tur; tantum in te est deus: et non est absq;  
 te deus. Vere tu es deus absconditus: deus  
 israel saluator. Confusi sunt et erubuerunt  
 omnes simul. abierunt in confusione  
 fabricatores errorum. israel saluator est in  
 domino salute eterna. Non confundentur et  
 non erubescetis usq; in seculum seculi: quia hec  
 dicit dominus creans celos; ipse deus est formans  
 terram et faciens eam. ipse est plastus et.  
 Non inuanum creauit eam: ut habite-  
 tur formauit eam. Ego dominus: et non est  
 alius. Non in abscondito loquutus sum:  
 in loco terre tenebroso. Non dixi semini  
 iacob frustra querite me; Ego dominus loquens  
 iustitiam: annuncians recta. Congre-  
 gamini et uenite: et accedite simul. qui  
 saluati estis et gentes. Responderunt qui leu-  
 auit signum sculpturę suę: et rogant dominum non  
 saluantem. Annunciate et uenite: et con-  
 siliamini simul. Quis auditum fecit hoc  
 ab initio. Ex tunc predicti illud. Numquid  
 non ego dominus. et non est ultra deus absq;  
 me. deus iustus et saluator. Non est deus preter me.  
 Conueriamini ad me et salui eritis omnes  
 fines terre: quia ego dominus et non est alius.  
 In meetipso uirum egredietur de ore  
 meo iusticie uerbum et non reuertetur: quia  
 michi curuabunt omnia genua. et iura-  
 bit omnis lingua. Ergo in domino dicent  
 meę sunt iusticie et impium: ad eum  
 uenient et confundentur omnes qui re-  
 pugnant ei. In domino iustificabitur et lau-  
 dabitur omne semen israel. Confiatus est  
 bel. contritus est nabo: facta sunt sinu-  
 lachra eorum bestiis et iumentis. Onera  
 uera graui pondere: usq; ad lassitudinem co-  
 tabuerunt. et contrita sunt simul. Non  
 potuerunt saluare portantes. et anima  
 eorum in captiuitate ibit. Audite me

domus iacob. et omne residuum domus israel:  
 qui portamini a meo utero. qui gestamini  
 a mea uulua. Usq; ad senectam ego ipse:  
 et usq; ad canos ego portabo. Ego feci et  
 ego feram: et ego portabo et saluabo. Cui  
 assimilastis me et aduastis me: et com-  
 parastis me et fecistis similem. Qui con-  
 fertis aurum de saculo. et argentum sta-  
 tera ponderatis. conducetes aurificem  
 ut faciat dominum. et pedunt et adorant. Portant  
 illud in humeris gestantes. et ponentes in  
 loco suo: et stabit et de loco suo non mouebit.  
 Sed et cum clamauerunt ad eum non audiet:  
 de tribulatione non saluabit eos. Omnia  
 et istud et fundamentum. redite preuancato-  
 res ad cor. Recordamini prius seculi. quoniam  
 ego sum deus. et non est ultra deus. nec est similis  
 mei annuncians ab exordio nouissimum.  
 et ab initio que necdum facta sunt dicens:  
 Consilium meum stabit: et omnis uoluntas  
 mea fiet: uocans ab oriente auem. et de  
 terra longinqua uirum uoluntatis meę. Et  
 loquutus sum et adducam illud: creauit et  
 faciam illud. Audite me duro corde: qui  
 longe estis a iusticia. Prope feci iusticiam  
 meam non elongabitur: et salus mea non mora-  
 bitur. Dabo in syon salutem: et in iherusalem  
 gloriam meam. **D**escende sede in puluere  
 uirgo filia babilonis: sede in terra. Non est  
 solum filie chaldeorum: quia ultra non uoca-  
 beris mollis et tenera. Tolle molam: et  
 mole farinam. denuda turpitudinem tuam  
 discoopi humerum: reucla crura transi-  
 flumina. Reuelabitur ignominia tua:  
 et uidebitur obprobrium tuum. Vtationem  
 capiam: et non resistet michi homo. Redep-  
 tor noster dominus exercituum: nomen illius sanctus israel.  
 Sede tace. et ultra in tenebras filia chal-  
 deorum: quia non uocaberis ultra domina regno-  
 rum. Iratus sum super populum meum. et aminaui



hereditate meam. et dedi eos in manu tua.  
 & n̄ posuisti eis misericordias. Sup̄ senem aggra-  
 uasti iugum tuum ualde. et dixisti. In sen-  
 piteriū ero dñā. Non posuisti hec sup̄ cor-  
 tuum. neq; recordata es nouissimi tui. Et n̄c  
 audi hec delicata. et habitans confidenter.  
 que dicit in corde tuo. Ego sum. et preter me  
 non ē ampli⁹ n̄ sededo uidua. et ignorabo  
 sterilitate. Venient t̄ hec duo subito. in  
 die una. sterilitas et uiduitas. Vniuersa  
 uenerunt sup̄ te. p̄pter multitudinē male-  
 ficiorū tuorum. et p̄pter duriciā incantato-  
 rum tuorū uehementē. et fiducia habui-  
 sti in malicia tua et dixisti. non ē qui ui-  
 deat me. Sapientia tua et scientia tua  
 hec. deceptit te. Et dixisti in corde tuo.  
 Ego sum. et preter me non ē altera. Veni-  
 et sup̄ te malum et nescies ortum eius.  
 et irruet sup̄ te calamitas. quā n̄ pote-  
 ris expiare. Veniet sup̄ te repente mi-  
 seria. quā nescies. Sta cū incantatorib⁹  
 tuis. et cum multitudinē maleficiorū tuorū.  
 in quibus laborasti ab adolescentia tua. si for-  
 te quid p̄sit tibi. aut si possis fieri fortior.  
 Defecisti in multitudinē consilioꝝ tuorū.  
 Stetit et saluauit te augures celi. qui con-  
 templabantur sidera. et suppitabant  
 menses ut ex eis annuatiarent uentura t̄.  
 Ecce facti sunt quasi stipula. ignis comb⁹  
 sit eos. Non liberabit animā suā. de ma-  
 nu flamme. Non sunt prunę quib⁹ calefi-  
 ant. nec focus ut sedeant ad eum. Sic fa-  
 cta sunt tibi. in quib⁹cumq; laborauerā. Ne-  
 gociatores tui ab adolescentia tua unusq;sq;  
 in uia sua errauerunt. non ē qui saluet  
 te. Audite hec domus iacob qui uocamini  
 nomine isrl̄. et de aquis iuda ex istis. qui  
 iuratis in nomine dñi. et dī isrl̄ recorda-  
 mini n̄ in ueritate neq; in iusticia. De cui-  
 tate enim sc̄a uocati sunt. et sup̄ dñm isrl̄

constabula sunt. Dñs exercitū nomen eius.  
 Priora ex tunc annunciaui. et ex ore meo  
 exierunt et audita feci ea. Repente opat⁹  
 sum. et uenerunt. Scui enim quia dur⁹  
 es tu. et neruus ferreus ceruix tua. et  
 frons tua creta. Predixi tibi ex tunc. anteq̄  
 ueniret indicaui tibi. ne forte diceret ydo-  
 la mea hec fecerunt. et sculptilia mea et  
 conflata mandauerunt ista que audisti.  
 Vidit omnia. uos autē n̄ annuatiastis. Au-  
 dita feci t̄ noua ex tunc. et obseruata que  
 nescis. Hūc creata sunt et n̄ ex tunc. et  
 ante diem et n̄ audisti ea. ne forte dicas ecce  
 ego cognoui ea. Neq; audisti neq; cognoui-  
 sti. neq; ex tunc apta ē auris tua. Scio enī  
 quia preuaricans preuaricabis. et trans-  
 gressore ex uentre uocauit te. Propter nomē  
 meū longe faciam furorē meū. et laude mea  
 infrenabo te ne peas. Ecce exorti te sed n̄  
 quasi argentum. elegi te in camino paup̄ta-  
